

34. Quarto inferitur, quid dicendum sit de Vicariis prelatorum habentium jurisdictionem quasi Episcopalem in sua diocesi nulli Episcopo subdita: videtur enim non posse has dispensationes exerceri, quia cum non sint Vicarii Episcopi, quod penitus Clem. 2. de rescriptis, ubi Vicarius capax sit delegationis Pontificie, erunt illi incapaces. Ut insinuat ibi gl. v. Episcopi, Card. n. 4. q. 12. Imola n. 19. Bonifac. n. 33. & dicit tunc Anab. ibi n. 1. Ceterum ex his posse exerceri, & capaces esse harum delegationum, quia (ut dicitur n. 12.) in ea elem. nomine officialis Episcopi intelligitur officialis habentis jurisdictionem Episcopalem. Cujusmodi sunt. Item quia in Vicariis sunt Ordinarii sicut & Vicarii Episcopi ( ut probatur l. 3. disp. 29. n. 4. ) Item quia praxis ita habet. Atque ita hoc esse capaces harum delegationum tradunt Steph. & Mathias gl. clon. 2. ut eos referat ibi Imola n. 19. & id esse probabile docet Paulus ibi relatus ab Anab. ibi n. 1. quod impletur aperte sentit, cum tantum vocet oppositum tutius. Cum ergo dispensatio dirigatur officiali illius diocesis, & nullus alius sit officialis eius diocesis his prelati subiecta, nisi officialis illorum poterit illos exequi.

35. Quinto inferitur, Vicarium generalem Episcopi confirmari, ut tamen consecratus posse dispensationem hanc exercere. Quod nullus sit illius diocesis officialis. Et hoc capax sit harum delegationum. Ut tradunt gl. de elem. v. Episcopi, de rescriptis. Et ibi Anab. n. 1. s. h. Bonifac. n. 33. Quamvis Imola ibi n. 20. n. 20. n. 20. sentiat tutius esse, non esse hunc capax. Cui favet Bellam. canoniam Abb. q. 11. n. 2. de off. deleg. ubi reprobat collectio aut non posse Episcopum non solum consecratum cognoscere de causis Episcopi ab homine commissis, sed de commissis a legi. Sed multo verius est cum esse capax. Quia cum Episcopus ille ante consecrationem habeat plenam jurisdictionem Episcopalem, tunc Vicarius vere dicitur Vicarius Episcopi, id est habentis plenam jurisdictionem Episcopalem.

36. II. Conclusio. Si duo sint officiales Episcopi, & delegatio fiat simpliciter officiali, & alter ex illis est principalior, illi soli censetur commissio facta. Constat ex Clem. 2. de rescriptis, ubi dicitur principale Episcopi officiali, tunc capax huius delegationis. Item quia nomen dignitatis absolute prolatum stat pro principali. Atque ideo hanc tenent gl. de elem. 2. v. b. Principalis. Et ibi Imola n. 10. Et in simili, nempe, quando fit commissio Archidiacono, & sunt plures, intelligitur de principali tradunt Bald. canoniam Abb. n. 3. de off. deleg. Et ibi Imola n. 5. Bellam. q. 9. n. 21.

37. Difficultas autem est, quando uterque esset aequi principalis, & nullus designaretur in rescripto, gl. canoniam Abb. de substitutum, de off. deleg. ait esse iudicem, quem elegit actor. Quia de illo sentit, cum litteras impetravit. Quod si partes discordent, aut esse illum, cui primo fuerint litterae presentatae: & si utrique simul presententur, forte esse iudicem neutrum. Alii censent amos simul esse iudices, & neutrum scilicet. Sic tenet Bonifac. late probans de canoniam Abb. n. 77. At frequenter nomen nominatur, tunc incertus, id est sunt Tituli, ff. de testamentaria tutela. Ita docent Hof. de canoniam Abb. n. 5. Et ibi Anab. n. 35. Abb. s. h. Card. q. 3. Anab. n. 5. Bellam. q. 9. n. 23. Henric. n. 25. idem Card. q. 3. n. 4. n. 5. de rescriptis. Et ibi Anab. n. 3. Imola n. 10. Non tamen requirit delegatio nulla, tanquam incerta: sed valebit ubique rescriptum, quamvis effectum non habeat, donec delectat Princeps utrum eorum elegerit. Nec obstant c. ad hoc. Et ibi de rescriptis, quatenus decidant delegationem incertam esse irritam. Quia intelligatur, quando incertus iudex ex incertis personis crearetur, locus quando incertus ex certis. Quod in hoc casu contingit. Sic docet Beronius d. canoniam Abb. n. 74. Unde bene idem Beronius ibi n. 76. intelligit nullum inter iudices cum effectum, centes, quoadvisque incertum declarare, ut intelligatur, parte adversa id incertum iudicium vitium opponente: sed si non opponat. Et late id probat. Quare in commissionibus, & dispensationibus, quae contentiosa non sunt, nec inter partes agitantur, erit iudex ille cui rescriptum fuerit presentatum. Ut optime dicit gl. proxima allegata, quae in hoc eventu verissima est, nec ceteri id negantes agunt de his commissionibus, sed de contentiosis. Et Beronius doctrina nunc relata, est hinc doctrina confirmata. Cum nulla in his pars adversa sit, quae id incertum iudicium vitium opponere possit.

38. Hinc deducitur, semel presentatum rescriptum illam dispensationem alteratri officiales aequi principalibus Episcopi, ut illud exequatur, non posse alterum officialem aequi principalem adiri. Nam (ut optime ait An. c. Licet iudicium, n. 13. de off. deleg.) in litteris gratiarum executoris praevenerit iudicium per solam rescriptum cum animo procedendi presentationem. Atque ita gl. n. p. allegata dicit esse iudicem, cui primo litterae presentatae fuerint. Atque ubi semel iudicium ceptum est, ibi terminari debet. Ut ibi cap. 20. ff. de iudicis. Et hoc etiam procedit, ubi prius iudex constituitur. Ut in fornicibus terminis, tempore, in Confessario cui in foro conscientiae committitur dispensatio. tenet Navar. n. 40. in iug. allegandus. An vero possit dispensatio hac rati divini, ut alter officialis dispensationem impediendi exequatur, alter vero legitimatorem prolis? dicit disp. 7. n. 17. At potest pars, si vi-

deret officialem illum in eam partem inclinare, ut rescriptum sit subreptitum, & supercedere rescripti illius executione antequam officialis pronuntiet, & expectare donec ille vel moriatur, vel officium deponat, aut alius de eius moribus vel absentiam vices eius suppleat: reputatur enim necesse vel subreptus eadem persona cum illo. Sicut in ceteris iudicibus evenit.

Si tamen officialis Episcopi semel pronuntiavit rescriptum esse subreptitum, & sic non posse virtute illius dispensationem matr. impedimento, non poterit amplius, etiam si deceptum invenerit, sententiam retractare. Sed attendendus erit Pontifex, qui delegavit. Quia cum sit iudex delegatus, & factus sit officio suo, caret deinceps jurisdictione, ( illa enim est sententia definitiva, cum totam causam sibi commissam decidat. ) Quippe iudex delegatus ubi semel, licet inuititer ac invalide iudicavit, non potest iterum iudicare: proat facere potest ordinarius, qui iure proprio iudicat: ut tradunt DD. l. iudex po. h. cap. 1. ff. de re iud. c. l. de re iud. n. 1. per cum textum, c. quomodo, c. quandoquid. Et docent multis aliis curias Tirac. l. bovis, s. hoc sermone, n. 50. declarata s. ff. de verb. sig. Matheo l. s. recip. n. 4. l. 9. d. 1. s. Gutierrez, q. 1. p. 1. n. 4. n. 16. & latissime quoniam, l. 2. v. 2. c. 2. & maxime n. 8. c. 9. ubi cum receptivum sententia multis allegatis probat id etiam procedere in delegato a Principe contra alios, quos ibi refert. Quamvis potest quicumque delegatus, qui contra formam mandati iudicavit, iterum iudicare: sed per id iudicium iudicium delegata est confirmata. Ut ex multis probat Gutierrez, c. 28. n. 42. c. 4. n. 27. At in nostro casu neutra ratio concurrens. Quia nec officialis delegatus invalide iudicavit, nec contra mandati formam. Quod illi allegat sententiam in causa iudicari non transire in rem iudicatam, ac proinde potest illum, ut Ordinarius alios eam causam. Responsio tenet matr. in hoc casu transire in rem iudicatam. Cum ex eo quod non contrahatur, nullum peccatum fovetur. In quo eventus sententia in causa conjugali transit in rem iudicatam. ( ut probatur lib. praed. disp. 10. n. 13. ) Praeterea etiam non transiit in rem iudicatam, cum in quantum Ordinarius nullam habeat jurisdictionem circa illam dispensationem, sed quatenus Pontifex delegatus, & eo munere iam omnino functus sit, nulla ratione poterit causam illam sumere ut iterum iudicet. Si tamen e contra pronuntiavit legitimam esse dispensationem, & postea, sine initio sine non duntaxat in matrimonium, virtute illius dispensationis, inveniat le deceptum, vel evasum, non poterit in quantum delegatus causam iterum assumere. Quod iam factus delegatus officio sit. At eam sententia illa, utpote fovens peccatum matr. male contractum, aut male contrahendum, non transiit in rem iudicatam, poterit in quantum Ordinarius causam iterum assumere, & impedire matr. in eundem, vel iam initum dissolvere: non cognoscens nec iudicans de prioris sententia viribus, quam ut delegatus pronuntiavit: si nulla esset Pontificis delegatus: sed habebit le, ac si iudex esse sententia, & cognoscat de matr. contracto, validum sit, necne, vel an possit contrahi. Quomodo modum poterit cognoscere de quovis alio matrimonio male inito.

Sed urgentius dubium est de dispensationibus, quae in foro conscientiae committuntur expediendis Confessorum, per sacre Penitentiarie rescriptum. Navar. l. i. conf. in 2. edit. tit. de off. deleg. conf. 8. n. 1. an non posse penitentem, ubi semel litteras cum Confessario presentavit, illum eligens, ut dispensationem exequatur, alterum eligere eo dimisso, etiam de prioris Confessarii consensu. Dicitur t. quia iudicium delegata delegat propterea de persona ad personam, G. de off. deleg. de off. deleg. At rescripta haec diriguntur ad Confessarium, quem penitens elegerit, & confessoris eo ipso quod aliquis electus fuerit ex ibi contentis, videtur expressus a summo Penitentiarie. At si ab eo aliquis esset expressus, nullatenus poterit alius eligi: Ergo nec postquam est a penitente nominatum electus, et confirmatus, quia id rescriptum solum unicum Confessarii electionem, ut dispense, concedere videtur. Sermo enim simpliciter prolatum intelligitur de prima vice, l. bovis, s. hoc sermone, ff. de verb. signific. Secundo, quia iudicium delegata est iudicatio delegantis, & ita ad ipsum solum delegantem pertinet eam extendere, & non ad partes, nec ad iudicem. Id enim quod nostrum est, si ne factio nostrorum alium transferri non potest, Regula, id quod nostrum est, ff. de regulis iuris. At his non obstantibus existimo non tantum ubi semel litteras presentavit citidam Confessario, sed etiam postquam ab eo pronuntiatum fuit, dispensationem esse subreptitum, & posse impetrandum adire alium Confessarium, qui forte in ea sit opinione, ut rescriptum valeat. Postquam tamen Confessarium re melius perpensa dispensationem illam, mutata sententia, exegit. Quamvis si semel dispensationem non possit recantare paritodiam. Quod iam dispensatio consummata sit, sicut quando semel absolvit, aut votum committit. Ducor, quod cum ea commissio facta sit in foro conscientiae, sequitur ejus fori naturam, quae est, ut non adstringat penitens, acquirere sententiam unius Confessarii, sed possit alium adire: atque idem Confessarius sententiam mutare possit. Quis enim negabit habentem privilegium virtute bullae, ut absolvat a retervatis, episcopi committente vota denegata absolute aut commutatione per quemdam Confessarium, eo quod iudicant se in eo casu non posse integrum esse alium Confessarium adire, posseque abolitionem

nem & commutationem ab ipso obtinere, si contrariae sententia sit, posseque eundem Confessarium, qui semel negavit, mutare sententiam, ac concedere? Nec obstant in contrarium adducta. Non primum & secundum. Quia non prorogatur iudicium de persona ad personam ex voluntate sola partis, aut Confessarii: sed ex voluntate ipsius penitentiarum, qui litteras concessit. Ea enim censetur ejus voluntas, ut liceat diversis Confessoribus adire, & idemque possit sent. corrigere: & ita omnes censentur electi ab ipso penitentiarum, ut litteras expediant. Quod natura fori conscientiae, pro quo illas litteras conceduntur, manifeste probat. Nec obstat etiam confirmatio prioris argumenti. Quia ea regula intelligitur, quando primus actus omnino consummatus est, & sic dispensatio concessa fuit. Sicut in simili Suarez tom. 4. in 3. p. ubi de Sacramento. penitent. disp. 27. sect. 4. dub. 2. n. 7. ait, si quis virtute jubilat vel alterius privilegii concedentis semel eligi Confessorem eligat, & si non absolvat, vel cum eo non fiat confessionem, integrum est ab alio eligere. Quia in hac dispensatione non est actus consummatus. At prior actus consummatus non est cum absoluto non sit obstita. An vero possit quidam Confessarius eligi, ut dispenset: alius vero ut prolem legitime? dixi disp. 7. n. 17.

III. Conclusio. Si Episcopus alium Vicarium constituat, vel ipsemet Vicarius facultate Episcopi alium substituat Vicarium generalem, poterit hic delegationem Vicario sub nomine dignitatis commissam exequi, sicut ipsemet Vicarius poterat. Quia non est alius Vicarius, sed iudex successor, ac reputatur idem cum priori. Sic Jap. de Puro toto decisio 487. l. 2. dicens sic decessum in Roma.

Ultima conclusio. Quamvis possit Episcopus Vicarium suum generalem ab officio removere, atque ita impedire ne delegationem ipsi sub nomine dignitatis commissam exequatur. Ut bene docet Card. elem. 2. q. 9. num. 10. de rescriptis. Et ibi Imola n. 14. Ancharan. n. 5. Bonifac. n. 52. licet puniri possit, si in jurisdictionibus delegate fraudem id effecerit: tanquam eam perturbans, cap. 1. de off. deleg. & docet Imola proxime allegatus. At non potest Vicarium speciale constituit, ut de ea sola delegatione cognoscat. Quia haec commissio est principalis officiali, seu Vicario ipsius ( ut diximus n. 26. ) At hic nec est principalis Vicarius, nec ordinarius Vicarii jurisdictionem sortitur: sed quidam specialis est delegatus ad eam causam expediendam. Quam nequit Episcopus delegare: utpote, quae sua jurisdictionis non est. Posset tamen alium Vicarium generalem constituit, deposito priori, & ille possit eam exequi. Nam si causa a priori cepta esset, non possit hic posterior manente priori in officio: secus si priori non esset presentatum rescriptum, ut dixi n. 37. & 38.

Tandem dubitatur, utrum officialis Episcopi, cui delegatur per haec rescripta dispensatio in matrimonii impedimentis, possit eam facultate subdelegare. Menoch. conf. 17. nu. 6. Et seq. vol. 1. late probat Episcopus, cui haec commissio fieret, non posse eam etiam suo Vicario generali subdelegare. Dicitur t. Quod caute matrimoniales solis Episcopis possunt delegari: 2. potest probari, quia in his dispensationibus, post causas allegatas a parte relatae, solet Pontifex injungere officiali, ut de eorum veritate diligenter informet, & addit, Super quo conscientiam tuam oneramus. Quae verba electam esse personam indultariam denotant. Et sic non poterit nec informatio veritatis precum delegari: juxta cap. Sicut de off. deleg. Tandem, quia aliquando in his matrimonii dispensationibus dicitur. Discretionem tuae, de qua in his speciebus in Domino fiduciam obtinemus. Atque ita videtur de Vicarii persona specialiter considerari Pontifex, ac proinde ejus indultariam eligere. Sed breviter ( ne diutius immoretur ) sentio posse Vicarium receptionem testium ac informationem committere, non vero ipsam dispensationem. Ducor, quia ubi nudum ministerium una cum jurisdictione aliqua committitur a Principe non potest quidem nudum subdelegari ministerium, bene tamen iudicium illa. Ut tradit Innoc. c. s. in infir. de off. deleg. quem sequitur ibi Abb. s. h. n. 6. Quod hic contingit: quia in his rescriptis committitur officiali iudicium veritatis precum examinanda, ac nudum ministerium exequenda dispensationis a Pontifice concessa. Poteat ergo illa delegari non autem hoc. Ita insinuat Fel. dist. cap. fin. s. ult. ad fin. vers. Quatio limita. Menoch. d. conf. 17. n. 12. ubi & alios refert. Quod si illa testium receptio extra decem officialis dispensationi faciendae sit, sicut ab Ordinario, cui delegatus ille remittit, non auctoritate propria ordinaria, sed auctoritate subdelegata sibi commissi ab officiali illo delegato. Quamvis ubi Ordinarius remittit alteri Ordinario probationem aliquam faciendam in diocesi Ordinarii cui remittitur, recipit ille Ordinarius testes non auctoritate remittentis, sed propria & ordinaria. Ut utrumque bene docet Card. elem. unican. 10. de off. deleg. Nec obstant in contrarium adducta. Non primum, quia stylus habet, ut causae matrimoniales committantur inferioribus Episcopo, ut ejus officialibus. Quod constat ex rescriptis dispensationum in matrimonio, quae passim a Pontifice mittuntur. Nec obstat 2. Quia licet multi varia scripserint circa illam clausulam, conscientiam tuam oneramus: at quod ea verba non diriguatur personae nominatae, videtur posita in vim monitionis, potius quam in vim formae delegationis: & consequenter examen per ea verba a Pontifice commissum poterit subdelegari, ut bene probat Navar.

l. i. conf. in x. edit. tit. de off. Vicarii, conf. 2. n. unie. in 2. tit. de off. deleg. conf. 6. nu. unie. Quod eo vel maxime verum est, quia per hujusmodi verba, & similia, ut iudicio & prudentia tua remittimus, non censetur electa industria personae, quando delegatio non fit personae cognita, & determinata, sed dignitati ( ut probatur lib. 3. disp. 7. n. 20. ) Alias dicendum esset, eam commissionem mortuo eo officiali non transire ad successorem. Et per hoc patet ad tertium.

DISPUTATIO XXVIII.

An commissio dispensandi in matrimonii impedimentis, & generaliter quaevis potestas delegata expiret morte, vel cessatione officii delegantis, re integra contingentibus?

SUMMARIUM.

- Quotupliciter concedi solent, quae a Sede Apostolica promanant, num. 1.
- Quae manant per viam legis vel constitutionis, non expirant morte concedentis, 2.
- Nec quae per modum contractus emanant, 3.
- Jurisdicatio ordinaria non expirat morte concedentis, re integra, 4.
- Quid si concessa sit ad concedentis beneplacitum, 5.
- An hoc deficiat in ordinaria Vicarii jurisdictione, 6.
- Quos quatuor dispensandae sint, 7.
- Quando dicitur res integra, & non integra. Refertur duplex opinio, n. 8. & 9.
- Explicatur sententia auctoris, 10.
- An sufficiat alius citatiois equivalentis ut res definit esse integra, 11.
- An sufficiat deprecatum citandi, & si citatio intimata non sit. Refertur quaedam opinio, 12.
- Proponitur sententia auctoris, 13.
- An sufficiat una citatio, an potius desideretur trina, 14.
- An sufficiat citatio facta ab alio iudice decreto, 15.
- Quid, si citatio defuit alicuius requisiti irrita sit, 16.
- Quid, si citatio fuit circumclusa, & pars absoluta a citationis instantia, 17.
- An si delegatus commiserat alteri vices suas, desinit res esse integra, 18.
- An per rescripti presentationem definit res esse integra, 19.
- Per quem alium definit res esse integra in rescriptis gratiae, 20.
- Quando plures causa committuntur pluresve articuli in eodem rescripto, si illa connexa sint, incepto circa unum, facit rem non esse integrum quoad cetera, 21.
- Quid, quando non sunt connexa, at alius circa unum est communi omnibus, & quando dicitur communi, 22.
- An per citationem in uno ex his negotiis, non connexis per delegatum, factam definit esse res integra quoad alia, 23.
- Quid, si illa sit adversus eandem personam, & citetur in uno negotio, an res definit esse integra quoad alia. Refertur opinio, 24.
- Explicatur sententia auctoris, 25.
- Quid, si ea per modum unius, & sub quadam universitate committuntur. Refertur quaedam sententia, 26.
- Proponitur sententia auctoris, 27.
- Quid, si ea commissio non sit ad universitatem causarum, sed ad earum generalitatem, 28.
- An concessa dispensandi potestatem cum pluribus, censetur res non integra, si cum uno sit jam dispensatum, 29.
- Post n. 29. invenient alia summaria.

Disputatio praecedens tractavit, quando commissiones expirant morte vel cessatione officii delegati? praesens autem discutit, quando cessent morte vel cessatione officii ipsius delegantis? Et ut certioribus praemissis ad minus certa disputanda gradum faciamus praemittendum est primo, ea quae a Sede Apostolica dimanant, esse in quadriplex differentia. Quaedam manant per modum legis, seu constitutionis. Quaedam per viam contractus, Quaedam per viam rescripti iustitiae, id est, ad lites. Tandem alia per viam gratiae. Sic allegato Baldo tradit Felinus cap. Licet undique, n. 1. de off. deleg.

Secundo praemittit, certum esse litteras emanantes per viam legis, vel constitutionis non expirare morte concedentis re etiam integra. Quod lex suapte natura sit perpetua, l. cum eorum, c. de sent. & interlocut. l. Arriani c. de heret. & ita tanquam certum docent An. c. Irrefragabili, §. Ceterum, n. 15. de off. ord. Et ibi Abb. n. 1. Decius c. Relatum, in nova edit. n. 28. de off. deleg. Felinus c. Licet undique, n. 1. cod. tit. Rosella verb. Delegare, n. 10. Sive verb. Delegatus, q. 7. n. 7.

Similiter litterae per modum contractus emanantes minime concedentis morte expirant. Quod successores contractum praedecessoris revocare nequeat, cap. 1. de probat. Sic Felin. n. 2. allegatus.

Tandem nec jurisdictionem ordinariam expirare concedentis morte etiam reintegra, certum est. Constatque ex l. Et quia, ff. de iuris. om. iud. juxta communem ejus intellectum. Et docent gl. ibi verb. Principaliter, & universali DD. Et est textus expressus, c. 2. de off. deleg. in 6. ubi jurisdictionem legati non



expirare morte Pontificis etiam re integra declaratur: eo quod sit ordinaria. Et hujus rationem optime reddit Abbas s. Relatum, n. 4. de offic. deleg. Quia per concessionem ordinari jurisdictionis fit gratia ipsi, cui conceditur, utpote, qui in dignitate constituitur. Ut notatur Clem. 2. de refer. At gratia facta non expirat, licet moriatur concedens re integra, c. si cui nullus de preben. in 6. Item, quia jurisdictione ordinaria radicatur in persona ejus, cui conceditur, unde immediate per concessionem inhaeret officio illius. Et ideo per concedentis mortem non expirat. Id enim quod nostrum est, sine facto nostro a nobis evelli non potest, regula, id quod nostrum, ff. de reg. juris.

Quod adeo verum est, ut quamvis jurisdictione ordinaria concessa sit ad concedentis beneplacitum, & hoc morte concedentis expirat, c. si gratiosus de refer. in 6. non illa tamen expirat, et si re integra moriatur concedens. Cujus ratio est favor publicus, utilitatis publica, quae in jurisdictione ordinaria conservanda versantur. Sic Bald. l. Meminisse, n. 2. q. 4. ff. de off. Proconsulis, Paris de Puro, Capitus, Yantius, quos refert ac sequitur Menoch. de arbit. lib. 1. q. 69. n. 9. Aut. Gab. 10. 3. communium, l. 6. tit. de prob. concl. 1. n. 32.

Hoc autem fallit in jurisdictione Vicarii, quae cum sit ordinaria, perit concedentis morte. Ut probavi tradita ejus ratione, lib. 3. di. 29. n. 12.

Tota ergo difficultas est de potestate delegata ad litteras tam iustitiae quam gratiae exequendas. Cujus rei decisio maxime pendet ex intelligentia, quando res dicatur integra, aut non integra, sed coepta. Et ideo quadruplex est questio in hac disp. agitanda: I. est generalis omnibus litteris iustitiae vel gratiae, quando res dicitur integra: II. qualiter potestas delegata ad iustitiae litteras expiret concedentis morte: III. de potestate delegata ad gratiae litteras. Ultima de commisione facta Ordinario vel confessori ad dispensandum in matr. impedimentis, & aliis rebis.

Quaestio I. Quando res dicitur integra, & quando dicatur non integra? Triplex est opinio: I. asserit non esse necessariam partis citationem, sed sufficere, ut res dicatur non integra, sed coepta, qualitercumque ceperit iudex jurisdictione uti exercens quemcumque actum jurisdictionis. Dicitur ex c. Licet undique, de offic. deleg. ibi: Si jurisdictione a suo sibi collega delegata ut non ceperit. Quia mandatum huiusmodi morte mandatoris re integra expirat. Ubi clare textus non sentit rem non esse integram, quando delegatus cepit uti jurisdictione. Et ante citationem sunt alii actus jurisdictionis. Secundo ex l. Et quia in 6. ff. de iurisd. omni. iud. ibi: Antequam ad eo, cui mandatum est, jurisdictione gratia ceperit. Et ex c. penult. de off. deleg. in 6. ibi: Antequam per ipsum delegatum in aliquo processu fuerit: 3. quia cum perpetuare jurisdictionem, & litis pendentiam inducere, sint valde diversa; non est rationi consonum, citationem quae ad litem pendentiam desideratur, petere ad perpetuandam jurisdictionem delegatum re desinente esse integram. Hanc insinuat gl. c. Ne aliqui, v. Incepta, de heret. in 6. c. Quamvis, v. Ubi, c. Cum plures, v. Inchoante, de off. deleg. in 6. Joan. And. c. Quamvis in fi. c. ibi Anch. n. un. notab. 2. Franc. n. 4. Idem Jo. And. addit. ad Specul. tit. de recusatione. s. Causa recusationis, v. Delegato: c. d. c. Licet undique, n. 6. ubi Host. n. 2. Anch. q. 1. Henric. n. 3. idem Host. Jun. tit. de off. deleg. s. Quibus modis finitur, n. 10. vers. Quid si mortuus, in fi. Ant. c. Relatum, n. 9. c. Gratum, n. 12. de off. deleg. c. si n. 10. de off. deleg. ubi Bellanera n. 10. Bal. l. More, in l. lictura, ad fi. ff. de iurisd. omni. iudic. c. ibi Paulus n. 9. Siso. v. Delegatus, q. 6. n. 8. Tab. v. Delegare, q. 1. 2. n. 13. fine.

II. Sent. tenet, iure Canonico attentio solam citationem desiderari, ut res desinat esse integra: ad iure civili amplius desiderari, nempe, litis contestationem. Sic gl. c. Relatum, v. Contestata, de off. deleg. sic explicans cum textum expresse dicentem expirare delegationem, quando moritur delegans litem nondum contestata; ut intelligatur attentio iure Civili idem tenet gl. l. Et quia, v. Antequam, ff. de iurisd. omni. iud. Alberic. l. More, n. 20. ff. eod. tit. c. ibi Bellanera, n. 14. & idem expresse decidit, l. Regia 21. tit. 4. p. 3. dicens per litem contestationem desinere rem esse integram.

III. Sententia (cui tanquam probabiliori adhaere licet prima fit satis probabilis) ait utroque iure desiderari, ac sufficere partis citationem, ut res desinat esse integram, ac proinde perpetuare jurisdictione delegata. Dicitur ex c. Gratum, de off. deleg. ibi: Cum citatione facta negotiorum sit quasi captum. Quare dum c. Relatum eod. tit. dicitur rem desinere esse integram per litem contestationem, suppleendum est, maxime cum etiam per citationem desinat, iuxta d. c. Gratum. Nec enim intrinsecus est, unum textum per alium suppleri. Et ita exponit Innoc. eod. c. Relatum in iur. Jo. And. n. 2. Hostien. in iur. v. & fore omnes. Quamvis Decius d. c. Gratum, num. 1. c. seq. asserat unum textum per alterum corrigi. Quem sequitur Zafius, l. More, n. 35. ff. de iurisd. omni. iudic. Sed melior est prior expofitio, ut textum correctionem vitemus, 2. quia licet textus n. 8. citari pro I. sententia dicant, si uti ceperit iudex: id verbum generale declarandum est per d. c. Gratum, quod specificae citationem petit: 3. ex c. fi. de off. legat. ibi: Si citatio non praecessit: 4. quia ad perpetuandam jurisdictionem non sufficit ingressus rei praebambule ad actum, nisi detur ingressus in aliquo edicto substantialibus actibus. At primus actus ex

substantialibus iudicii est citatio, c. quoniam contra, de probat. Et confirmatur, quia cum perpetuatio hujus jurisdictionis delegatae sit respectu partium, oportet ut interveniat aliquis actus erga partem. At primus omnium est citatio. Et ex his conitat ad utriusque sententiam adducta nu. 8. & 9. Et ideo hujus textus sunt glossae super questionem, s. Si vero, verb. Si non possunt de off. deleg. Specul. tit. delegato, s. Finitur autem statim in princip. Monachus c. Si delegatus n. 1. de off. deleg. in 6. Arch. cap. quamvis, n. un. vers. Fuit eod. tit. c. lib. c. ibi Dominicus n. 7. Probis addit. ad Monachum ibi nu. 1. idem Archid. c. Non ita 2. q. 6. n. 1. c. 2. Anton. c. Licet undique, n. 12. fine, c. n. 13. fine de off. deleg. Et ibi Bald. n. 3. Card. q. 6. Abb. n. 4. idem Abbas c. Relatum, n. 5. c. 6. eod. tit. c. si n. 10. de off. legat. ubi Card. fine. Imola citato Calder. d. c. Licet undique, n. 2. Dec. d. c. Relatum, in nova edit. n. 29. c. dupli seq. c. ibi Fel. n. 12. c. c. Pastoralis, in nova edit. n. 29. c. dupli seq. Bart. l. More, n. 13. ff. de iurisd. omni. iudic. n. 2. fine, de rescript. Rom. n. 14. Jacob. in prima lectura, n. 28. c. 29. Zolus n. 35. Decius a n. 46. Alex. n. 36. Jalon n. 58. Barth. Socinus, n. 78. Caccia-lupus, n. 41. c. seq. Angel. l. Et quia, n. 6. ff. eod. tit. Maranta de ordine iudiciorum Ap. d. 5. An iudicium sit ordinarium vel delegatum n. 61. Vitalis trad. clausularum, clausula, quod non sit melior conditio occupantis, n. 3. c. seq. Greg. Lopez l. Reg. 21. fine, n. 4. p. 3. explicans eam legem, dicens per litem contestationem desinare rem esse integram, ut suppleendum sit, vel per citationem. Ut expresse dicitur l. 3. tit. 18. eadem p. 3. Addit Vitalis n. 4. pro. alleg. cum Imola l. 2. s. Sed si quis n. 6. ff. de donat. forte in tribunali Ecclesiastico fore, ut servetur prima opinio relata n. 8. propter Glossae ibi allegatae auctoritatem. Sufficeret tamen adus citationis aequalens, nempe, quando quicumque actus citra citationem fieret praesente utraque parte. Quia cum pars adversa interfit, perinde est, ac si citaretur. Sic Card. c. Licet undique, q. 6. de off. deleg. c. ibi Fel. n. 13. Fallentio l. Et dicemus in quodam casu specialia, n. 18. fine.

Dubium autem est, an oporteat illam citationem pervenisse ad partis citate notitiam, ut res desinat esse integra? Affirmant quidam. Quia verba cum effectu accipienda sunt, c. Relatum, de off. deleg. non videtur. Cum ergo textus nu. 10. relati petant ad hoc citationem partis, ea debet esse cum effectu. Quod contingit quando parti intimata est. Item, quia cum ex aliquo actu conjungere debet aliquis effectus, oportet actum illum esse consummatum, c. Qui propter, c. c. Cum post petum, de elec. Ita tenent Card. Clem. 2. n. 11. opposit. 6. de off. deleg. c. ibi Bald. n. 14. Jacob. l. More, in 2. lectura, n. 13. ff. de iurisd. omni. iud. c. ibi Alex. num. 26. Atque idem sententiunt attentio iure Civili, quamvis attentio iure Canonico dicant, fat esse commissionem citandi, Bald. c. si n. in fine, de offic. legat. c. ibi Anch. fine Henric. fi. lmo & aliqui consentent nec citationem parti intimatam sufficere, si citatus non comparuit, & pars adversa non accusavit contumaciam. Quod talis citatio nemine comparente caruerit effectu, l. Quomodo, ff. de in iur. vocando. Sic Anch. c. Gratum, n. 1. notab. 2. de off. delegat. Jalon d. l. More, n. 18.

At probabilius credo, fat esse a iudice prolatum citandi decretum, ut res desinat esse integra, quamvis citatio non sit intimata citato. Prob. ex c. Gratum, de offic. deleg. ibi: Proposito citationis edito. Deinde, quia citatio ex 3. partibus constat: nempe ex mandato de parte citanda, ex executione Nuntii, & ex relatione nuntii asserentis se citasse. Ex his autem tribus sola prima pars est actus jurisdictionis iudicis. Ergo ea sola fat est, ut dicatur iudex coepisse uti jurisdictione. Et confirm. quia res dicatur integra, solus iudicis actus pensandus est, qui perfectus est per solam citandi mandatum. Quod sententia interlocutoria dicitur, teste gl. l. Cum clericis, verb. Sententiarum C. de Episc. c. Cler. Nec obstant argumenta contraria, n. praeced. adducta. Non I. quia quod alii textus dicunt citationem requiri, explicuit d. c. Gratum, Proposito citationis edito. Praeterea potest dici satis esse, ut verba eum effectum habeant, quae peti natura rei, ad quam effectus ille ordinatur. Cum ergo petant textus citationem, ut jurisdictione iudicis sit inchoata: ac solum citationis editum sit actus jurisdictionis, ac ipsam inchoet: per solum id editum dicitur citatio consummata, quoad hunc effectum. Et hinc patet ad secundum: nam sufficit ea actus consummatio, quem ejus effectus requirit. At effectus hie, qui est inchoatum esse jurisdictionem solum citationis edito contentus est. Et ideo hanc partem tulerit gl. Clem. 2. verb. Ad partem ut litem pendente. Et ibi Abb. fin. Anol. n. 7. Bonifac. n. 16. Specul. Bart. Probis citati n. 10. Jo. And. c. si n. n. 6. de offic. legat. c. ibi Ant. n. 11. Abb. n. 11. dicens tam de iure Canonico, quam Civili. Idem Jo. And. c. Licet undique, n. 6. de offic. deleg. c. ibi Hostien. n. 2. idem Abb. d. c. Gratum, n. 3. c. ibi Fel. n. 5. Decius in nova edit. a n. 6. Curtius Jun. l. More, n. 78. c. seq. ff. de iurisd. omni. iud. c. ibi Decius n. 8. Bart. Socinus n. 70. Jacobinus in prima lectura, n. 13. Roman. n. 14. Sivoest. verb. Delegatus, q. 6. n. 8. Tabiena, verb. Delegare, a. 12. n. 13. fi.

Hinc deducitur minus esse necessariam trimam citationem, 14 ut res dicatur non integra, sed sufficere unam. Sic gl. Clem. 1. v. Citationes, de iudicis. Archid. c. Non ita, in 2. q. 6. Jo. And. c. pen. n. 2. de foro compet. c. ibi Ant. n. 11. Abb. citato Federico n. 9. Imola n. 3. Fel. in fi. Bellanera n. 2. notab. 1. idem Fel. c. Gratum, n. 6. de offic. deleg. c. ibi Decius in nova edit. n. 10. Nec illant uni-

unicam citationem exigitur per nptoriam esse. Ut bene docent Archid. Jo. And. Ant. Imola, Bellanera ibid. idem Jo. And. c. Cum plures, in fine, de offic. deleg. num. 6. c. ibi Anch. n. 6. q. 3. Domin. n. 15. Francus hoc. Quamvis minus bene Petrus, quem refert ac sequitur Anch. d. c. penult. n. 4. asserat requiri trimam citationem.

Non tamen sufficit citatio anomala, id est, quam absque iudicis auctoritate facit creditor debitori fugitivo. Quamvis enim ea permessa sit a lege iuxta Bartoli doctrinam, l. Neminem, C. de exhib. rei, per textum l. Ait prior, s. Si debitorum, ff. de his, quae in fraudem. At non est legitima, utpote facta absque iudicis auctoritate. Sic Ant. c. 1. nu. 22. de iud. c. ibi Abb. n. 33. Fel. c. Gratum, n. 5. de offic. deleg.

Secundo dubitatur. An si citatio illa defectu alicujus requisiti irrita sit, sufficere, ne res dicatur integra? Affirmant aliqui. Quippe iudex citationem praecipiens, et si irritam, verere dicatur jurisdictione uti cepisse. Sic Hostien. cap. Licet undique, n. 2. de offic. deleg. Roman. l. More, n. 14. ff. de iurisd. omni. iudic. ad contrarium omnino est tenendum. Quia, cap. Quamvis, de offic. deleg. in 6. petit textus, ut iudex jurisdictione fuerit usus. At inordinatus non est usus, sed abusus, cap. Ubi ista 73. dist. c. cap. Privilegium 11. qu. 3. Secundo, quia ut ait textus, cap. Qualiter c. quando de accusat. ex iis, quae inordinatae sunt acta, non potest ordinabiliter agi. Tertio ex c. penult. de foro compet. ibi: Legitime citatus. Tandem, quia cum ea citatio nulla sit, nullum potest effectum operari, sed perinde habetur, ac si facta non fuisset. Et ita docent Gloss. cap. Cum plures, in fine, de offic. deleg. in 6. c. ibi Jo. And. fine. Anch. n. 6. q. 2. Domin. num. 15. Francus fine, Archid. cap. Non ita, 2. qu. 6. nu. 2. c. ibi di. cap. Quamvis, num. unic. vers. Fuit, ubi Probis addit. ad Monach. n. 2. Hostien. sibi contrarius, c. Olim, ad fin. de except. idem Jo. And. c. Licet undique, n. 8. de offic. deleg. c. ibi Anton. fine. Anch. q. 2. Card. quest. 5. Imola num. 2. idem Ant. c. penult. num. 11. de foro compet. c. ibi Jo. And. num. 3. Abb. num. 6. Anch. num. 4. Imola num. 3. Bellanera num. 2. notab. 1. c. cap. fin. num. 11. de off. deleg. Jalon l. More, num. 60. ff. de iurisd. omni. iud. Vitalis tractatu clausularum, clausula, Quod non sit melior conditio occupantis, num. 7. Felinus cap. Gratum, num. 4. de offic. deleg. ubi limitat, nisi post citationem illam secuta sit spontanea citatio comparitio, & perleverantia in iudicio. Ad quod probandum multa asserit.

Hinc deducitur primo. Si citatio fuit circumducta, & pars absoluta a citationis instantia, dici rem integram. Quod pronunciatum sit citationem fuisse nullam. Sic Bald. l. More, in 1. lectura, fine ff. de iurisd. omni. iudic. quamvis Caccia-lupus ibi, num. 45. dicat cogitandum, an possit dici rem non esse integram. Quia per citationis circumductionem magis videtur perpetuata jurisdictione quoad iudicem. Quippe circumducendo interlocutus est: et si effectus citationis cessaverit quoad partem. Et hoc est probabile.

Secundo deducitur, quid dicendum sit in ea questione. An si delegatus vires suas alteri commiserit, censatur res non integra, & perpetuata jurisdictione? Quibusdam placet rem jam non esse integram, et si non intotum commiserit vires. Ducuntur, quod subdelegatio illa manifeste fit actus jurisdictionis, & ita ceperit uti jurisdictione: ita tradunt gloss. c. penult. verb. Processum, de offic. deleg. in 6. Hostien. cap. Licet undique, n. 2. de offic. deleg. c. ibi Jo. And. num. 6. Angel. l. Et quia, num. 6. fine ff. de iurisd. omni. iudic. Paulus l. More, nu. 9. ff. eod. tit. c. ibi Roman. nu. 14. Francus c. Quamvis, n. 4. de offic. deleg. in 6. Sivoest. verb. Delegatus qu. 6. nu. 8. Ceterum dicendum est, per eam subdelegationem non desinere rem esse integram. Probatur ex cap. penult. de offic. deleg. in 6. ubi dicitur, si delegatus subdelegaverit committendo vires suas, & moriatur primus delegans, antequam per delegatum illius, vel ejus subdelegatum, processum in aliquo fuisset, expirare jurisdictionem. At si sola subdelegatio efficeret rem non esse integram, non expiraret, quamvis nec delegatus, nec subdelegatus in aliquo processerint. Item, quia quamvis subdelegare fit actus jurisdictionis, non est tamen exercitum illius jurisdictionis delegatus: sed jurisdictionis concessa a lege. Quippe lex eos causet concedit, in quibus delegatus potest subdelegare. Et cum jurisdictione a lege concessa fit ordinaria, l. Et quia, ff. de iurisd. omni. iudic. subdelegatio illa est actus jurisdictionis ordinariae: 3. quia effectus illius jurisdictionis delegatae, at non est usus ejus circa negotium commisitum: ac proinde negotium non dicitur ceptum, ut definit esse integra. Quod petit textus, c. Gratum, de offic. deleg. Tandem, quia et si actus jurisdictionis, non est de actibus iudicii, sed fit absque caute cognitione, & partibus absentibus, & probatur per solum delegantis sigillum. Quare nequit vere iudex dici in aliquo processu. Quod petit textus cap. penult. de offic. deleg. in 6. Et ita hanc partem tenent Jo. And. c. penult. n. 1. vers. Anglosi, quid diceret: c. ibi Franc. n. 2. Domin. c. 5. c. Quamvis, n. 7. eod. tit. c. lib. Abb. c. Pastoralis in prin. n. 3. c. c. Licet undique, n. 4. c. Gratum, n. 4. de offic. deleg. Imola eo. c. Licet undique, n. 2. Felinus cap. Relatum, n. 12. ad fin. eod. tit. Decius d. c. Gratum, in nova edit. num. 13. Jaf. l. More, n. 58. fine, ff. de iurisd. omni. iud. c. ibi Jacobin. in l. lict. n. 29. Barth. Socin. n. 78. Caccia-lup. a. n. 42. In eo tamen causa vera erit probatio, si subdelegatio illa pra-

sentibus ambabus partibus fiat. Tunc enim si actus citationis aequivaleret: ac proinde res non erit integra: iuxta dict. n. 11. Sic tradunt Francus d. c. pen. n. 2. Domin. d. c. Quamvis n. 7. Barth. Socin. d. l. More n. 78.

Tertio deducitur, quid dicendum sit in ea questione. An 19 per solam rescripti praesentationem factam iudici, desinat res esse integra? Quidam enim id asserunt. Quia jam videtur iudex coepisse uti, efficiens, ut sibi praesentetur rescriptum, iudice acceptans. Ita Host. sum. t. de offic. deleg. s. Quibus modis finitur n. 10. vers. Quid si mortuus in fine, c. c. Licet undique n. 2. eod. tit. c. ibi Jo. And. n. 6. Bald. rubr. C. de in iur. vocando n. 1. Sivo. v. Delegatus q. 6. n. 8. Et sic ait dicendum Ant. c. Pastoralis, s. Quamvis n. pen. de rescript. futuendo opinionem n. 8. relatum, dicentem per actus citationis praevios desinere rem esse integram. At dicendum est, id minime sufficere. Ducor, quia acceptare rescriptum delegato praesentatum, non est incipere uti jurisdictione, sed preparare se ad utendum, l. Quammodum, ff. de inoff. testam. c. c. 1. quod de procurat. in 6. ibi: Non potest post mandatum suscipi, etiam si usus non fuerit. Ubi iudicium suscipere mandatum non esse eo uti. Et confirm. quia et si sola rescripti praesentatio imprimat delegato jurisdictionem; ac nullum jurisdictionis exercitum inducit. Quod petit textus, c. Gratum, c. Relatum, c. Licet undique, de offic. deleg. ut res desinat esse integra. Atque ita hanc partem tenent Abbas c. Cum venisset n. 2. ad fi. de rebus, c. attus. c. ibi Card. n. un. vers. in gloss. 2. ff. Fel. d. c. Relatum n. 12. vers. Item n. mo, in fine, Domin. d. c. 15. qui, in pr. n. 3. notabili 4. Angelus, l. Et quia n. 6. ff. de iurisd. omni. iud. ff. l. More, n. 58. ff. eod. tit. Quod idem tenent omnes, quos n. 10. retuli, asserentes per nullum actum citationis praevios desinere rem esse integram. Imo licet sustineamus sent. n. 8. relatum dicentem per actus citationis praevios desinere rem esse integram, adhuc dicendum est non sufficere rescripti praesentationem. Ut bene tradit Imola c. Pastoralis, s. Quamvis, n. 10. de refer. Quod adhuc retenta ea opinione, necesse fit actus citationis praevios ejusmodi esse, ut per eos usus jurisdictionis inchoetur. Quod sola rescripti praesentatione non fieri probavi.

Sed merito rogatur, quando res desinat esse integra in re-20 scriptis gratiae, ut in commissionibus dispensandi? Ratio dubitandi est. Quod cum non agitentur inter partes nulla est pars adversa, quae citari debet, Ant. c. Licet undique n. 12. fin. c. n. 13. ff. de off. deleg. ait per solam rescripti praesentationem cum animo procedendi desinere rem esse integram in his rebis. At merito Fel. c. Pastoralis s. Quamvis n. 2. de refer. non ausus est hoc asserere. Quia rationes n. praeced. allatae concludunt per hanc praesentationem non ceptum esse uti jurisdictione. Quare dicendum est primum actum iudicalem, qui expediti fore post rescripti praesentationem, effecere, ne res desineat sit integra, atque cum exigi. Ut si iudex jubeat fieri informationem veritatis precum. Quod in simili tradunt Barr. Bald. & alii quos refert & sequitur Maranta de ordine iudic. 4. p. 9. an sit super petitorio n. 20. c. p. 6. memb. 10. iudicii de litis contest. in pr. n. 2. dicens in causis, in quibus lites contestatio non requiritur: habere vim ipsius quoad effectus litem contestata productos, eum primum actum, qui solet immediate fieri post litem contestationem in causis in quibus ea exigitur. Et ita Fel. pro. alleg. ait in his desinere rem esse integram, ac jurisdictionem perpetuari, si iudex mandaret vocari illum, cum quo dispensandum est, vel finem jurisdictionis actum faceret.

Tandem dubitatur, quomodo plures causas committuntur 21 pluresve articuli in uno & eodem rescripto, an eo ipso quod in una causa in uno articulo ceptum sit, censatur, quoad ceteras res non integra: ac proinde quoad omnia illa perpetuare jurisdictione? Qua in re, ut a certioribus incipiamus, convenit inter DD. omnes allegandos, quando causa illa in eodem rescripto contenta, five contra unam, five contra diversas personas, sunt connexae, citatione facta in una causa: & sic illa incepta desinere rem esse integram: ac perpetuari jurisdictionem quoad alias: argum. ex l. hinc de duobus reis.

Secundo convenit inter omnes, quando ausu inceptionis, 22 ut citatio illa est communis omnibus causis illis ejusdem rescripti, quamvis sint contra diversas personas, & minime connexae, ceteri omnes inceptas, & quoad omnes perpetuari jurisdictionem. Erat vero citatio haec communis, si facta sit simpliciter, id est nulla causa illius rescripti expressa. Quod tunc non fit major ratio de una, quam de alia. Ita Ant. c. Licet undique n. 15. de off. deleg. c. ibi Host. n. 5. Imola n. 3. l. 2. s. Sed si quis n. 6. ff. de donat. Domin. c. Ne aliqui n. 5. de heret. in 6. Caccia-lup. l. More n. 30. ff. de iurisd. omni. iud. Vitalis tr. clausul. clausula, Quod non sit melior conditio occupantis, n. 2. Similiter hunc actum communi explicant aliqui exerceri per factam rescripti plures illas causas continentis acceptationem a iudice. Sic Fel. d. c. Licet undique n. 1. vers. Sed dubium est. Atque idem asserunt auctores, quos num. 19. allegavi, asserentes per rescripti acceptationem desinere rem esse integram. Sed merito idem Fel. c. Pastoralis, s. Quamvis, num. 2. de refer. hoc reprobat. Atque vere reprobandum est retenta opinione, quam n. 19. tenuimus, nimirum: non desinere rem esse integram, nec perpetuari jurisdictionem per solam rescripti acceptationem.

Tertio, si sustineatur opinio nu. 8. relata, asserens per quem-23 cumque actum citationis antecedentem desinere rem esse integram, necessarium dicendum est, facta citatione in una illius re-



scripti causa, definire quoad ceteras illius rescripti, etiam non connexas, ac contra diversas personas, rem esse integram. Ratio est quia citationi antecedere debent lectio notarii, & alia iudicii preparatoria, quae sunt omnibus illis causis communia, ac proinde ratione huius actus communis citationis praevi: dicuntur omnes haec causae inceptae: & ita iuxta hanc sententiam dicendum esse advertant *Ant. c. Pastoralis*, §. *Quoniam*, n. penult. de rescript. Et ibi Abbas n. 5. At retenta veteri sententia, quam n. 10. tenuimus, nimirum, non definire rem esse integram per actus citationis praevios est necessarium dicendum quod citatio est specialis circa unam illius rescripti causam, non definire rem esse integram quoad alias eiusdem rescripti causas, si non sint inter se connexae, & sint contra diversas personas. Quippe nullus actus communis alius causis non expressis effectus est, nec causae inter se connectuntur, nec sunt contra eandem personam. Quare nulla ratio suadet inceptationem in una causa extendi ad alias. Contingit enim eas omnes in eodem rescripto, est omnino per accidens, nec aliquid refert ad illarum unitatem inducendam. Et ita tenentur omnes allegandi.

24 In duobus autem consistit difficultas. Prus est, an quando illae causae non connexae eiusdem rescripti, sunt adversus eandem personam, citatio illius personae in una expressa causa, efficiat rem non esse integram quoad ceteras? Posterior est, quando est generalis causarum commissio facta generaliter, ac per modum unius, an modus huius unitatis commissio efficiat, ut citatio in una extendatur ad alias non connexas, quomvis sint contra diversas personas? Et in priori difficultate quidam partem affirmantem tuerentur. Dicuntur, quod cum iurisdictione sit res indivisibilis, incepta super uno articulo contra personam citatam reputatur perpetua erga illam quoad omnes alias causas. Ita *Speculator*, tit. de iudicio delegato, §. *Resistat videre*, n. 6. *verf. Quid si super Anchar. c. Ne aliqui*, n. un. notabil. 2. de heret. in 6.

25 At omnino dicendum est, non definire rem esse integram nec perpetuari iurisdictionem quoad alias causas non inceptas. Quia iudex super uno solo articulo, unave sola causa citans, videtur suam iurisdictionem divisisse: & persona citata non tenetur respondere, nisi circa illum articulum. Ergo quoad alias, res manet integra. Et ita sentiunt *Innoc. c. Licet undique*, n. 2. *verf. Exprobat*, de offic. deleg. Et ibi *Joan. Andr. n. 17. Card. g. 7. Bellamera n. 11. Henricus n. 3. Bart. l. More*, n. 14. ff. de iurisd. omni. iud. Et ibi *Paul. n. 10. Zafius n. 39. Fulgos. sine Jacobin. in l. lectura*, num. 37. *Angel. l. Et quia*, n. 5. ff. cod. tit. *Imola, c. 5. Pastoralis*, §. *Quoniam*, n. 9. de rescript. *Domin. c. Ne aliqui*, n. 5. de heret. in 6.

26 Circa posteriorem difficultatem n. 24. propositam, nempe quoad plures causas committuntur per modum unius, nec sunt inter se connexae; at non expressim singulae delegantur causae, sed sub quadam diversitate. Ut si quisquam constituitur iudex delegatus ad universitatem causarum talis territorii, an citatio in peculiari causa efficiat rem non esse integram, ac perpetua illius iudicis delegatam iurisdictionem quoad ceteras causas? quibusdam pars negans placet. Dagnatur per *c. Ne aliqui*, de heret. in 6. ubi tanquam quod speciale favore fidei decerneretur, ne delegata inquisitorum potestas pereat quoad negotia non cepta morte delegantis. At illi tunc delegati ad universitatem causarum fidei. Secus ergo est in ceteris delegatis ad universitatem causarum. Secundo, per *c. fin. de offic. legati in 6.* ubi deciditur conservatorum potestatem expirare quoad negotia non inchoata morte delegantis. Cum tamen illis delegari soleant causae, sub quadam generalitate, & unica commissione. Tertio per *l. Quid tamen*, in princ. ff. de arbit. ubi reputantur plura commissio, quando plures causae in eodem compromisso includuntur. Si ergo haec commissio ad universitatem causarum non reputatur unica, sed multiplex, inceptio in una causa non efficit, ut censatur iudex in omnibus inceptisse. Et ita hanc partem tenentur *Bald. d. l. Mandatum*, n. 15. n. 4. *c. mandati*, *Imola c. Pastoralis*, §. *Quoniam*, n. 9. de rescript. Et ibi *Felinus n. 2. c. n. 3. fallent. 4. c. Relatum n. 13. de offic. deleg. Alberic. l. More n. 24. ff. de iurisd. omni. iud. Et ibi Roman. n. 18. Alex. n. 37. Fulgosius fin.* Et in hanc lectum dubius magis inclinat *Jacobinus ibi in l. lectura*, n. 38.

27 Quomvis autem sit satis probabile hoc: at probabilis reputo censeri eperum quoad omnes causas sic commissas, & sic quoad eas perpetuari iurisdictionem. Ducor, quod tunc censatur unica commissio facta, ac proinde cum iudex incipit ea uti in quavis causa, censetur iam plene inceptisse uti sua iurisdictione delegata: nec res est integra quoad omnes causas sic sibi commissas. Quod minime contingit, quando plures causas commissae exprimitur specialiter, sed tunc sunt plures commissioes. Quae differentia inter utrumque committendi modum constat ex *l. Scire debemus*, 29. in princ. ff. de verb. obl. ubi deciditur tot esse stipulationes, quot sunt species, vel summae specialiter designatae: at unicam esse, quoties res universaliter designantur. Nec textus n. praecedenti adducti in contrariae sententiae favorem, illam probant. Nam ad *c. Ne aliqui*, respondeatur favorem fidei inducendum in eo consistere, ut non expirat inquisitorum potestas morte Pontificis delegantis re omnino integra, ac nulla causa inchoata: & quoad causas, quae nondum emerissent. Ut expresse ibi dicitur. Atque in hoc eum specialem favorem versari, docent *Decius c. Pastoralis*, §. *Quoniam*, in nova edit. n. 18. de rescr. *Jafon l. More*, n. 56. ff. de iurisd. omni.

*judic. Ad e. fin.* respondet idem *Decius eod. n. 18.* non esse ibi commissas plures causas simul in eodem rescripto: Sed *Jafon eod. n. 56.* respondet eum textum uti verbo, *Volamus*, de cuius natura est denotare esse novum jus, recte *glossa eum. un. verb. Volamus*, de offic. *Vicar.* unde cum inducat jus novum exorbitans a iure communi, & loquatur in officio conservatorum, quorum potestas maxime Ordinarii praedicta, non est ad alios delegatos trahendum. Ad *l. Quid tamen*, respondet *Decius n. 19.* dici plura compromissa improprie: & id colligitur ex iis textibus: *Quasi si plura sint compromissa*: Et ideo huius sententiae sunt *Bartol. di. l. More*, n. 14. Et ibi *Paulus n. 10. Decius n. 56. Jafon n. 36. Caccialup. n. 30. Curtius junior*, n. 85. Et 86. *Angelus*, l. Et quia, n. 5. ff. de iurisd. omni. iudic. *Bald. cap. Pastoralis*, §. *Quoniam*, paulo post princ. *verf. Considera quod interdum*, de rescript. Et *c. Licet undique*, n. 6. de offic. deleg. ubi *Anton. n. 15. Anchar. g. 4. Imola*, n. 3. *Et l. 2. §. Sed si quis*, n. 6. ff. de donat. *Vialis tractatu clausul. clausula* quando non sit melior conditio occupantis, n. 2. *Maranta de ordine iudiciorum 4. p. d. 5. An iudicium sit ordinarium vel delegatum n. 61.*

Hanc sententiam intelligunt quidam ex his Doctoribus, ut sunt *Baldus* & *Curtius junior*, n. praed. d. allegati, unde delegatio illa esse ad universitatem causarum. Ut quando quis constituitur esse delegatus ad omnes causas alicuius territorii: secus si sit ad generalitatem causarum. Ut si delegatio esset ad causas pupillorum omnium. Et id probat *Curtius junior ex cap. finali de offic. legati in 6.* ratione cuius textus hoc tenendum affirmat. Quomvis ratio Bartoli deducta ex *l. Scire debemus*, quatuor n. praed. adduxi, aequae procedat in delegacione ad generalitatem causarum. Sed in exemplo causarum pupillorum, per hos Doctores adhibito, verius est esse delegacionem ad universitatem causarum (ut probavi lib. 3. disp. 31. n. 4.) Et credo veram esse sententiam, nam praecedenti relatum, etiam delegatio non fit ad universitatem, sed ad generalitatem causarum. Nam ratio Bartoli & sequacium deducta ex *l. Scire debemus*, aequae procedat in generalitate causarum, quando non expressim singulae illae causae committuntur, sed generaliter, ac per modum unius. Et ita *Bartolus*, qui ejus sententiae patronus est, solum eum casum excepit, in quo plures illae causae expressim delegantur.

Ex his inferitur, quid sentiendum sit in dispensationibus, ac reliquis commissioibus non contentiosis. An quando plures illae alicui committuntur, ut potestas dispensandi cum pluribus personis nominatis in favorem earum, censentur res non integra, ex eo quod commissarius cum una dispensare cepit, quoad alias cum quibus non cepit (non tracto hic an expirat ea dispensandi potestas quoad alias, etiam si dicatur integra quoad illas: ut dicunt quidam Doctores ex iis, quos allegabo: quia de hoc agam a. n. 80. sed tantum tracto hic, an res dicatur integra quoad alias) Quod absolute censent dici rem integram quoad alias personas. Quia quoad ipsas nullas iurisdictionis dispensandi actus exercitum est. *Sic Speculator tit. De dispensatione*, §. *Dicendum refertur n. 19. sine Archid. cap. Dudum*, 18. q. 2. n. 5. Et ibi *Bellamera n. 1. verf. Praeterea queritur*. Sed sic distinguendum est. Si commissarius fecit actum communem omni dispensationi, res non est integra quoad omnes: secus si actum solum specialem exercuit, quoad dispensationem, quam concessit. Ratio est, quia cum una dispensatio nil profus habeat commune cum alia, ex eo quod sit ceptum uti una, non desinit res esse integra quoad alias. Ita tradunt *Jo. Andr. addit. ad Speculator tit. De dispensatione*, §. *Dicendum refertur*, n. 19. *verf. Ergo ut distingue*: Et *cap. Ex tua*, n. 8. de filii prebiter. *Quod possit*, Et *c. Licet undique*, n. 11. Et ibi *Angel. n. 2. Silvius. qu. 2. Taberna*, qu. 5. num. 6. Actus autem communis omni dispensationi erit acceptatio rescripti, in quo facultas dispensandi cum omnibus illis personis committitur (Si teneamus sententiam n. 19. & 20. relatum, ut per illum desinat res esse integra.) Sed cum illam ibi reprobarim, dicendum est cum *Felino d. c. Pastoralis*, §. *Quoniam*, n. 3. esse actum communem fit mandare delegatum citari omnes illas personas, cum quibus dispensandum est, ut probaret veritatem precum, vel similem actum faceret. Quia in his non contentiosis, per hos iudicis actus desineret rem esse integram, probavimus num. 20.

SUMMARIUM.

Potestas delegati ad litteras iustitiae excoquendas expirat morte concedentis re integra; secus quando non est integra, num. 30.  
An gesta per delegatum dum mori delegantis ignoratur, valiant: Et quid, quando delegans in excommunicationem incidit: vel si Episcopus sit excommunicatus, an suspendatur iurisdictione delegati, vel Vicarii: Remissio, 31.  
An pereat haec potestas delegata finito delegantis officio: sicut morte, 32.  
An potestas a Principe delegata pereat morte Principis: re integra, 33.  
Quid, si delegatus ille sit ad universitatem causarum, 34.  
An

An si delegatus subdelegati, mortuo delegato re integra, expirat potestas subdelegati: explicatur casus in quibus hoc potest dici, 35.  
Quid, si mortuus delegatus, subdelegans sive uti caperit iurisdictionem sive non, superstitit tamen primo Ordinario delegante, an expirat subdelegati iurisdictione, 36.  
Quid, quando moritur primus Ordinarius, Et res est integra quoad delegatum, non tamen quoad subdelegatum, 37.  
Quid, si contra, res tunc est integra quoad solum delegatum, 38.  
An potestas delegata haec expirat ipso iure, an solum ope exceptionis, morte delegantis re integra. Refertur quaedam sententia, 39.  
Explicatur sententia Autoris: 40.  
An possit tunc delegatus procedere, si utraque pars consentiat, 41.  
An ea potestas expirat morte, quando non datur nova potestas ad alium, sed excipitur antiqua, 42.  
Quid, si iurisdictione delegata sit accessoria gratiae iam factae. Et explicatur late, c. Si super gratia, de off. deleg. in 6. Et an potestas conservatorum expirat morte concedentis, re integra, 43.  
Quid, si potestas illa delegata sit commissio nomine dignitatis delegantis, an expirat morte delegantis re integra, 44.  
An commissio dispensandi in impedimentis matrimonii, aliosque rebus communi in forma communi Ordinarii, censentur data nomine dignitatis Pontificiae. Proponuntur probationes partem affirmantem, 45.  
Explicatur sententia auctoris: Et an verba auctoritate nostra, vel quando utrumque delegantis nomen exprimitur, efficiant, ut censatur commissio facta nomine dignitatis: Et quid ubi est dubium, 46.  
An praecipua superiorum expirat morte mandantis, 47.  
Post n. 47. invenies alia summaria.

28 **Q**uestio II. An potestas delegata ad litteras iustitiae excoquendas expirat morte concedentis? Certissima regula est: iurisdictione haec expirat, quando mortuo concedente re integra, id est, antequam delegatus cepit iurisdictione uti. Secus si res non erat integra. Habetur expresse *c. Gratium*, *c. Relatum*, *c. Licet undique*, de offic. deleg. Et *l. Et quia 6. ff. de iurisd. omni. iudic.* Et ratio est, quod tunc non sit gratia vel favor, led quoddam mandatum de iustitia faciendi. Mandatum autem expirat morte mandantis re integra, *l. Mandatum*, *c. mandati*. Item quia de delegacionis actum non transferit efficaciter iurisdictione in delegatum, donec ea uti cepit. Ut expresse habetur, *c. Quomvis*, de offic. deleg. in 6. ibi: *Cum iurisdictione (ex quo ipse vel non exstitit) non censetur in eum efficaciter transmissio.* Quare cum iurisdictione re integra fit cum effectu penes delegatum, & per ipsum mortem extinguatur iurisdictione sua, extinguitur quoque ius iurisdictione delegata. Quia extinguitur ius auctoris, extinguitur quoque ius iurisdictione delegata, argumento ex *l. Lex vestigalis*, ff. de pignoribus. At per iurisdictionis exercitum ante delegantis mortem, iurisdictione radicitur in persona delegati, itaque efficaciter in eum transferitur: colligitur a contrario sensu ex *l. c. Quomvis*. Et ideo morte ipsius delegantis non extinguitur iurisdictione haec delegata, quando res non erat integra, led ipsa uti ceptum est.

31 An vero hoc procedat, si morte delegantis ignoretur: ita ut gesta tunc per delegatum, qui ante delegantis mortem non cepit uti iurisdictione, sine irrita? dixi lib. 3. disp. 22. n. 55. Et 26. Et quid quando delegans in excommunicationem incidit, vel Episcopus, an possit delegatus aut Vicarius procedere? dixi eodem lib. 3. disp. 30. n. 3. & 7.

32 Sicut autem morte delegantis re integra perit iurisdictione delegata: ita etiam finito officio delegantis re integra, quia cum finito officio perinde extinguitur iurisdictione ac morte naturali, iure optimo finitio officium, ac naturaliter mori acquiparantur quoad extindionem potestatis delegatae re integra: in utroque enim evento eque procedit ratio n. 30. tradita. Et ita tenent *Glossa c. Licet undique*, in fin. de offic. deleg. Et ibi *Abbas n. 7. Bald. n. 8. ff. Imola n. 9. Bellam. n. 13. q. 8. Bart. l. More*, n. 15. ff. de iur. omni. iudic. Et ibi *Roman. n. 15. Decius n. 57. Bart. Socin. n. 61. Curtius junior n. 87. Jacob. in 2. lectura n. 34. Zafius n. 39. Caccialup. n. 29. Bellamerica n. 15. Emon. Sa sum. 0. Delegatus n. 3.* Et ita deciditur *l. Regia 21. m. 4. p. 3.* Quomvis (ut notat ibi *Greg. Lopez v. Oportere*) attento iure communi erant opiniones. Nam *Albericus d. l. More*, n. 21. tenuit contrarium. 33 Procedit autem regula, quomvis sit delegatus Principis. Quippe ejus iurisdictione delegata perit morte Principis re integra. Quomvis contrarium censent aliqui (ut refert *glossa*). Et *quia 6. verb. Principaler*, ff. de iurisd. omni. iudic. male intelligentes eum textum, ibi: *Et quia nec principaliter iurisdictione data est.* Sed eorum verborum sensus est: Quia iurisdictione perit morte concedentis re integra, Et probatur, quia ratio n. 30. huius tradita procedit aequae in Principis delegato, ac in alius delegatis. Idem probatur ex *cap. Licet undique de offic. deleg.* ubi expresse dicitur delegacionem a Pontifice factam expirare morte ipsius re integra. Et *c. Sicut nulla de preben. in 6.* deciditur delegacionem Papae ad gratiam faciendam cessare obitu ipsius re integra. Atque ita docent *glossa d. l. Et quia, verb. Principaliter* *Bar.* dicens esse omnium, *l. Mo. Tbom. Sanchez de Matrim.* Tom. III.

*re*, n. 7. ff. de iurisd. omni. iudic. Et ibi *Bald. l. lectura*, n. 6. q. 3. *Albericus n. 12. Decius n. 13. c. 17. Alex. n. 9. Jafon n. 6. Bellamerica n. 16. Caccialupus n. 44. Jacobinus in l. lectura n. 13. Ant. c. Relatum*, n. 9. de offic. deleg. Et ibi *Bellamera n. un. Card. cap. Gratium*, opposit. 7. cod. tit. *Maranta de ordine iudiciorum 4. p. d. 5. an iudicium sit ordinarium an delegatum*, 61.

Secundo, procedit regula, quomvis delegatus ille sit ad universitatem causarum. Eius enim iurisdictione perit morte concedentis re integra. Prob. per locum a speciali, ex *cap. Ne aliqui de heret. in 6.* ubi deciditur favore fidei officium laicorum non cessare morte concedentis re integra. Cum tamen eorum potestas sit delegata ad universitatem causarum, ut notant *Jo. Andr. c. DD. c. per hoc de heret. in 6.* Ergo ubi non est is favor, cessat morte concedentis re integra. Praeterea quia etiam huiusmodi iurisdictione acquiritur in multis iurisdictioni ordinariae: at non in omnibus conveniunt, & maxime ubi subest diversa ratio. Nam ratio ob quam extinguitur iurisdictione delegata ad particulares causas, quam n. 30. tradidimus, militat etiam in iurisdictione delegata ad universitatem causarum. Quia iurisdictione remanet penes delegatum, & nomine proprio hae delegatus nil habet, *c. sane*, de offic. deleg. Et *l. 1. ff. de offic. eius cui mandat. est iurisd.* Atque ita tenent *Abbas cap. Relatum*, n. 7. de offic. deleg. Et ibi *Decius in nova edit. n. 36. Bald. c. n. 2. fallentia 4. de rescr. Alex. l. More*, n. 29. Et 37. ff. de iurisd. omni. iudic. Et ibi *Jafon n. 9. Fulgos. n. 18. Jacobin. in l. lectura n. 26. Maranta de ordine iudiciorum 4. p. d. 5. an iudicium sit ordinarium vel delegatum*, n. 61. Quare audiendus non est *Arch. d. c. Licet undique*, qu. 4. contrarium sustinens. Dicitur, quod hae delegatus acquiratur Ordinario. Sed iam responsivum non acquiritur in omnibus.

Major autem difficultas est, quando delegans subdelegavit: an pereat iurisdictione subdelegati mortuo primo Ordinario, qui delegato delegavit vivente delegato ipso: vel mortuo delegato, qui subdelegavit, superstitit adhuc primo Ordinario? Et ut distinde procedamus, in triplici casu potest hoc in dubium verti. Primus est, quando mortuo delegato, qui huius subdelegavit, sive uti cepit iurisdictione, sive non, superstitit tamen primo Ordinario, qui delegavit: & res est infra quoad subdelegatum, utpote, qui iurisdictione uti non cepit? Itaque an satis sit, ne pereat iurisdictione subdelegati morte subdelegantis re integra, superstitem esse primum Ordinarium delegantem? Secundus est, quid si moritur primus Ordinarius delegans, & res est integra quoad delegatum, quia uti non inceptit: non autem quoad subdelegatum, qui iam uti ceperat? Tertius est, quid si dum moritur primus ille Ordinarius, res non erat integra quoad delegatum, integra existente quoad subdelegatum?

In primo casu quadruplex est dicendi modus. Primum sentit 34 non expirare iurisdictionem subdelegati. Quia et subdelegans, a quo immediate iurisdictionem accepit, obierit re existente quoad subdelegatum integra, subdelegatus enim uti non ceperat: at superstites est primus Ordinarius delegans, qui fons & radix ejus iurisdictionis est. Atque uti non potest dici iurisdictione delegans omnino extincta. Sic sentiunt *Angelus*, *l. Et quia*, n. 3. ff. de iurisd. omni. iudic. *Caccialupus l. More*, n. penult. ff. cod. tit. dicens eo anno pendente lite coram Vicario Archiepiscopi Seneris, fuisse ita iudicatum. Et refert per *l. Innocentium*, *l. Licet undique*, n. 2. *fin. verf. alius autem*, de offic. deleg. *lib. 3. verbis valde oblectus utitur*, & dicens forte ita est. Et eisdem omnino verbis loquuntur *Hofstius ibi n. 4. Joan. Andr. n. 18. Speculator tit. de iudicio delegato*, §. *Resistat videre n. 7. verf. Quod si delegato*. Secundus dicendi modus sentit expirare eam subdelegati iurisdictionem. Quia cum adhuc non sit efficaciter subdelegato transmissa, eo quod subdelegatus ea uti non cepit, pendet ejus duratio a vita delegati subdelegantis, a quo immediate profecta est. Sic *Ancharanus eo cap. Licet undique*, o. 5. Tertius est, cum quadam distinctione. Aut subdelegatio facta est in totum, nempe, committente delegato omnes vires suas: & tunc non extinguitur. Secus autem, si pro parte delegati. Ratio differuntis ea est. Quia quando subdelegatio fit in totum, delegatus a fe totam iurisdictionem abdicat: & ideo non appellatur tunc ad ipsum subdelegantem, sed ad primum ordinarium, *cap. Super questionum*, §. *Porro*, de offic. delegat. Quare iurisdictione subdelegata pendet tunc a solo primo Ordinario delegante, atque ipso superstiti non perit, quantumcumque moriatur re integra delegatus subdelegans. Quia non extinguitur fundamentum. Et quando subdelegatio fit pro parte, delegatus non abdicat fe totam iurisdictionem, & ideo appellatur ad ipsum; juxta *d. s. Porro*. Quomobrem iurisdictione subdelegata pendet ab ipsius delegati iurisdictione: & per consequens morte huius contingenti, dum res ex parte subdelegati est integra, peribit haec subdelegata iurisdictione. Sic tenet *Barth. Socinus*, d. l. *More*, n. 74. Quartus modus est, quem amplectitur *Jafon d. l. More*, n. 74. ubi relata prima opinione ait melius dicendum, ubi in fine principii tractans *Bartolus*, an substitutus a procuratore debebat cavere rem ratam dominum habiturum, sic distinguunt: Si procurator ex mandato sibi a domino facto substituit, tunc dominus videtur illum constituisse, quem procurator substituit, *l. 1. §. penultim. ff. de procurator.* Et ideo tunc cavere debet rem ratam dominum habiturum. Quippe tanquam a domino constitutus agit. Si vero procurator substituit iure suo, debet cavere



cavere rem ratam procuratorem habiturum, quod ab ipso subfinitur censetur. Quare juxta hoc dicendum est sic: Quando delegatus ex speciali potestate subdelegati morte subdelegata subdelegat, non perit potestas subdelegati morte subdelegati res integra, si primus Ordinarius delegans superest legatis res integra, & censetur substituens. Secus fit, quia ipse fit prima radix, & censetur substituens. Secus fit, quia ipse fit prima radix, & censetur substituens. Secus fit, quia ipse fit prima radix, & censetur substituens.

In secundo casu, non perit potestas subdelegati morte subdelegati res integra, si primus Ordinarius delegans superest legatis res integra, & censetur substituens. Secus fit, quia ipse fit prima radix, & censetur substituens. Secus fit, quia ipse fit prima radix, & censetur substituens.

In tertio casu, quando obit primus delegans res existente in integra quoad delegatum, integra vero quoad subdelegatum: videtur expirare subdelegata jurisdictione. Quod primus delegans, qui solum est radix jurisdictionis subdelegatae, obierit, nec subdelegatus cepit uti jurisdictione. At ex dictis nec, constat eam non expirare. Quia ne expirat, satis est ipsam subdelegatum, vel delegatum subdelegatum cepisse uti jurisdictione ante primi Ordinarii delegantis obitum: ut constat ex c. penult. de offic. deleg. in 6. Et tenent ibi glossa, vtr. Processum. Domin. n. 5. Francus n. 2. Ferrerius conf. 158. nu. 1. & 2. vol. 1.

Insuper dubitabis, an potestas delegata haec expirat ipso jure mortuo delegante res integra? Quibusdam placet non expirare ipso jure, sed ex exceptione, ac proinde si pars adversa non excipiat, valere gesta ab eo delegato. Ducuntur ex c. pen. de offic. deleg. in 6. ibi: Quia exceptionem coram se propositam, quod antequam per eum vel per ipsum delegatum in aliquo processum fuisset, delegans fuerat vivum univere coram ingressus. Secundo ex c. Camp. consiliet, de testib. Et atest. ex quo videtur consistere posse mortuo delegante res integra, delegatum procedere ex partium consensu. At si jurisdictione expirasset, non posset partium consensu illam conferre. Et ideo ita tenent Innoc. c. Licet undique n. 2. ff. vers. Aliis autem, de offic. deleg. Goffred. Philippus & Brixionis, quos refert ac sequitur Archid. d. c. penult. n. 2. Specul. tit. de iudice delegato, §. Restat videre, n. 7. vers. Quod si delegatus Hof. Jun. 1. de offic. deleg. §. Et qualiter, n. 11. vers. Vel recessum. Et in hac parte magis inclinat licet dubius idem tenet Innoc. d. c. Cum venisset, n. 1. adiens saltem consistere posse ex partium consensu jurisdictionem huius delegati prorogari.

At tenendum est tanquam verissimum expirare ipso jure. Probatur ex c. fin. vers. Officium, de offic. deleg. in 6. ibi: Officium autem conservatorum ipso jure, quoad non ceptanegotia, per obitum concedentis volumus expirare. Et c. Si cui nullus, de preb. in 6. ibi: Expirat omnino, si concedens res integra mediatur. Praeterea, quia multa sunt iura significantia expirare jurisdictionem ipso facto. Nullam enim de partis exceptione mentionem faciunt: ut c. Gratum, c. Licet undique de offic. deleg. Et nullum jus aperte dicit oppositum. Nec obstant in contrarium adducta n. praec. Quia eod. c. penult. sicut exceptum & appellatum, ut evitaretur gravamen facti: at non dicitur ibi id fuisse necessarium. Ad c. Cum venisset, de testib. Et atest. dic solum ibi tolli appellationem, ut patet ibi: Ne appellatio. Non enim poterat pars impedire confirmationem sententiae imminens appellationi, utpote, quae illi renuntiaret facto suo, agens post appellationem coram iudice a quo appellarat. At poterat nullitatis via se tueri adversus sententiam. Ad 3. die, licet jurisdictione imprimatur a tempore praesentationis rescripti, at eam non esse efficaciter radicatum in delegato, donec uti ea ceperit: ac proinde ante illius usum pendere ejus durationem a jurisdictione delegantis, quae ejus morte extinguitur. Et ideo hanc sententiam tenentur Gloss. l. penult. verb. Ignorassent, ff. Si certum petat, c. c. ff. verb. Ipso jure, de offic. deleg. in 6. Et d. cap. Cum venisset, vers. Postea egerit. Et ibi Hof. paulo post principium, Jo. Andr. n. 10. Ant. n. penult. Card. n. un. vers. In glossa 2. Abbas n. 2. Imola n. 2. Baldus n. 1. vers. Sed contra, Fel. n. 3. vers. In eadem glossa: Bellamora n. 4. & 5. idem Hof. cap. Licet undique n. 4. hinc de offic. deleg. c. ibi Jo. Andr. n. 19. Card. q. 12. Imola hinc, Bellamora n. 14. idem Imola, c. Gratum, nu. 5. eod. tit. ubi Felinus hinc, Decius in nova editione, n. 36. Idem Card. c. Relatum, in fine, eodem tit. idem Decius c. Si duobus, in nova editione, num. 34. de appellat. idem Anchar. c. penultimo, nu. 3. notabili 3. de offic. deleg. in 6. Et ibi Dominicus n. 5. vers. In fine glossa 4. Francus n. 3. c. c. finali, §. Officium, n. 1. eodem t.

Et l. Idem Imola c. Litteris, ad fin. de rescript. Bart. l. Morg. n. 18. ff. de iurisd. omni. judic. c. ibi Paulus n. 11. Jason n. 7. c. p. Decius n. 14. c. 63. Bartol. Socinus n. 70. Curtius junior num. 95. Zafus n. 41. Jacob. in 1. lectura sine. Caccialup n. 32. Faber §. Item si ad hoc, nu. 11. Instituta mandati Maranta de ordine iudicior. 4. part. dist. 5. an iudicium sit ordinarium, n. 61. Bellamora de decisione 542. n. un. Mandosus regula Cancellar. 10. de annuali, q. 2. n. 4. Zavallos quest. pract. q. 424. sine.

Hinc deducitur, mortuo delegante re integra minime posse delegatum in causa procedere, etsi partes consentiant, nec valere processum. Quia cum ejus iudicium omnino extinguitur, nequit ex partium consensu prorogari. Consensus enim hic nequit eum iudicem constituere, qui iudex non est, l. Privatorem, C. de iurisd. omni. judic. Sic docent glossa cap. Cum venisset, v. Postea egerit, de test. Et ibi Hof. paulo post prin. Jo. Andr. n. 10. Baldus n. 1. Card. n. un. vers. In glossa 2. Imola n. 3. Bellamora n. 4. c. 5. Decius cap. Gratum in nova editione, n. 36. de offic. deleg. c. ibi Felin. sine. Anchar. cap. penult. nu. 3. notabili 3. de offic. deleg. in 6. c. ibi Francus n. 3. Bartol. Socinus, l. Morg. n. 72. ff. de iurisd. omni. judic. c. ibi Paulus n. 11. Decius n. 13. Jo. Jun. 7. c. sine. Caccialup num. 32.

Tandem regula tradita ut jurisdictione delegata pereat morte delegantis res integra, temperatur triplex. Primo, ut intelligatur quando datur nova potestas ad eum per illam commissionem, ita ut exercitio actus gerat mandatariorum vicem mandantis: quando enim non datur nova potestas, sed excutitur antiqua, non expirat. Ut contingit in praeccepto quod datur habenti alias potestatem. Tunc enim cum non datur nova potestas, sed excutitur ordinaria per commissionem, c. Licet, c. penult. de off. ord. non expirat morte mandantis res integra. Quia cessat ratio n. 30. tradita, ob quam potestas delegata expirat. Et de hoc est textus cum glossa ant. Ut nulli iudicium, §. De hoc vero jubemus. Sic tradunt Bartolus l. Morg. n. 5. ff. de iurisd. omni. jud. c. ibi Jason n. 61. Abbas cap. Relatum, in fine, de offic. deleg. c. ibi Fel. n. 12. Decius in nova editione, n. 43. c. rubr. C. de mandatis Principum, nu. 13. Qui tamen eod. cap. Relatum, num. 41. bene hoc intelligit, quando taliter esset facta commissio illa, ut non alteraretur potestas, quae prius competeat.

Secundo temperatur, nisi jurisdictione delegata sit accessoria gratiae jam factae. Sicut enim gratia facta non perit morte concedentis res integra, ita nec ea potestas accessoria, sed principalis gratiae naturam sequitur. Ita exprimit definitur c. Si super gratia, de offic. deleg. in 6. de potestate executoris data ad exequendam gratiam a Sede Apostolica concessam: & redditur ibi praedicta ratio. Qui textus extendi debet ad gratiam concessam a legato executorum quod eadem procedat ratio. Sic tradunt Archid. ibi n. un. Jo. Andr. in intro. Anchar. f. Dominicus n. 3. Francus n. 2. Ant. Gabr. tom. 3. comm. lib. 6. l. de preb. concl. 1. num. 4. Atque eadem ratio cogit ad dicendum idem de executoro conjunctumque gratiae ab aliis inferioribus concessae. Quia eadem ratio militat. Secundo procedit decisio huius textus, licet quando concedens obit, non esset gratia acceptata per eum, qui facta est. Non enim perit gratia, nec subinde executoris potestas. Sic Lapus, ut eum referunt ac sequuntur Dominicus ibi num. 5. Francus n. 2. Portius conf. 157. num. 3. Tertio, quamvis aliqui eum textum intelligant in meris executoribus, qui absque cause cognitione procedunt. Ut Dominicus ibi nu. 7. & alius quos refert Anton. Gabr. dist. conclus. l. n. 13. At verius est contrarium, quod in his quoque qui cause cognitionem habent, procedat ratio in textu assignata. Et ita docent Francus ibi num. 5. Milis quomodo refert & sequitur Ant. Gabr. d. concl. 1. num. 15. Non tamen procedit hae decisio, quando potestas executoris non est accessoria gratiae. Quippe non militat ratio in textu assignata. Ut si discordia inter partes orta super gratia facta, impetretur iudex, perit ejus jurisdictione morte delegantis res integra. Ita citato Paul. Domin. ibi num. 6. Francus num. 4. Nec procedit quando datur executor super gratia facta, ut si mandatur dari alicui beneficium dato iudice executoris, ut conflat. Quia textus exprimit dicit, Super gratia facta. Item, quia etiam gratia facta perit morte concedentis res integra (ut dicimus num. 64.) n. edum potestas executoris. Sic Francus ibi num. 4. Et multis citatis Ant. Gabr. dist. conclus. l. num. 5. At si executor ille ceperit uti ante mortem Pontificis concedentis, contulerat enim beneficium, licet nondum executio secuta sit, poterit exequi mortuo Pontifice, ac impedientes excommunicare. Cum enim res non esset integra, minime cessat jurisdictione. Sic relatio Lup. Domin. ibi sine, Francus num. 2. Tandem nec procedit in iudicibus privilegiorum conservatoribus. Quippe eorum potestas expirat morte concedentis res integra: ut constat cap. fin. de offic. deleg. in 6. Et ratio est, quod idem statutum sit potestatem executoris ad gratiam factam non expirare morte concedentis res integra, nec gratia redderetur iniuriosa. At etiam expirante conservatorum potestate non redduntur privilegia iniuriosa. Item, quia horum conservatorum potestas non est accessoria ad privilegia ipsa. Cum ex privilegiis agere quis possit & excipere sine conservatore. Sic docent gl. d. c. si quis expirare. Jo. Andr. cum super gratia n. 1. c. ibi Domin. n. 4. Francus n. 5. Angel. l. Et quia n. 3. ff. de iurisd. omni. judic. Dig. de pensionibus q. 91. n. 5. Ant. Gabr. d. concl. 1. nu. 16. Quamvis minus bene teneat contrarium Archid. c. si in fine.

41. Ultimo temperatur, nisi ea potestas delegata sit commissio nomine dignitatis committentis. Ut si Pontifex dicat, Sedes Apostolica tibi committit, vel alius verbis, quae non a persona, sed a dignitate committentis delegationem proficiunt denotent, (de quibus verbis dicemus n. 45. 61. 62. & 63.) Tunc enim non expirat delegatio morte delegantis res integra. Ratio est, quia cum dignitas nunquam percat, nec ejus jurisdictione, c. Signatole, de rescript. in 6. sed eadem profertur sit in successore, cessabit ratio tradita n. 30. ob quam potestas delegata perit morte delegantis res integra. Et confirmatur, quia ob hanc rationem non perit morte ipsius delegati, potestas sub sua dignitate nomine illi commissi, sed transit ad successorem, quod dignitas cui conceditur, permaneat mortua persona. Ergo similiter non perit morte delegantis sub dignitate suae nomine quantumvis res sit integra: quia dignitas delegans manet persona cui inharebit defuncta. Quod si obijcias, semper Pontifici & quocumque praetere delegare nomine dignitatis, quia quatenus privati delegare nequeant. Dic rationem delegandi semper esse dignitatem ad concedentem non semper esse dignitatem, ut abstrahit a persona, sed aliquando ut cohaerent personae, & tunc quia moritur cum persona, non est concessio perpetua: aliquando vero ut a persona abstrahit, & tunc quia mortua persona durat, durabit quoque delegatio. Quod si iterum obijcias c. Ne aliquid de heret. in 6. dicit officium Inquisitorum a Sede Apostolica commissum non expirare res integra morte statim: idque esse speciale favore fidei. Et cum Decius flatim alleg. sumi ibi Apostolicam Sedem pro Pontificis persona. Et ita hanc limitationem tradunt Ant. c. Relatum, n. 10. vers. Tradat. etiam, de offic. deleg. c. ibi Abbas, n. 3. c. Licet undique, n. 7. c. Quoniam Abbas, n. 8. eodem tit. ubi Card. n. 3. opposit. §. c. 9. ff. Beronj n. 90. Imola n. 6. c. Gratum, n. 5. vers. Secundo, eodem tit. Dominicus c. Quomodo, in fine, eodem tit. in 6. c. ibi citato Lapo, Francus in fine. Felin. c. Passoralis, §. Quoniam n. 3. fallent. §. de rescript. Baldus, l. Morg. in 1. lectura, qu. 3. n. 6. ff. de iurisd. omni. judic. c. ibi Decius, n. 17. Alex. n. 9. Bartol. Socinus n. 56. Jacobinus in 1. lectura, n. 3. Caccialup n. 37. Cou. 4. praed. c. 11. n. 2. ff. Nav. summa Hispanica c. 27. n. 264. Quamvis Bellamora d. c. Li et undique, n. 14. non admitat ex parte delegantis distinctionem hanc, an nomine personae, an potius nomine dignitatis delegerit. Sed illi credendum non est. Hoc temperant Alex. ibid. c. Barb. Socin. n. 60. relato Sal ceto, ut intelligatur quando fit delegatio Principis, alios enim inferiores ajunt non posse concedere jurisdictionem delegatam perpetuam. Quod quidem admittit loquendo de jurisdictione contentiosa: nam posse gratiosam, qualis est ad audiendas confessiones, & dispensandum, dicimus n. 71. & sequentibus. At si contentiosam concedant inferiores ad aliquam causam etiam sub nomine personae, & tempore mortis concedentis res non est integra, non expirat ea jurisdictione. Quia textus relati, num. 30. & Doctores hoc tradunt universaliter de jurisdictione delegata.

45. Dubitari autem merito potest, an commissionem concessis Ordinariis in forma communi ad dispensandum in matrim. impedimentis, aliter rebus, censentur factae a Pontifice sub dignitate propriae nomine. Id enim videtur faderi: Quod Pontifex exprimat nomen proprium & dignitatis, si dicens, Clemens Episcopus. At est valde probabile explicato utroque nomine, praeponderare nomen dignitatis (ut d. cemus n. 60.) Secundo, quia licet nomen proprium exprimat, id fit ut intelligatur quis Pontifex auctor fuerit illius concessionis. Tertio; ex supplicationibus verbis, solitis poni in his dispensationibus, quae sic se habent: Supplicare fecerunt ut de benedictione Apostolice dispensationis, cum enim responsio Pontificis etiam nil aliud dicens nisi, fiat, intelligi debeat juxta praec. (ut diximus disp. 21. n. 37.) & petatur a Sede Apostolica, concessio intelligitur, ut ab eadem Sede dimanet. Quarto ex verbis commissionis solitis ibi apponi, quae sunt: Auctoritate nostra dispenses; quae verba dignitatem denotant. Quippe idem est, Auctoritate nostra, & Auctoritate Apostolica, ut probatur ex c. Cum aliquibus, sine, de rescript. in 6. ibi: Non auctoritate Apostolica censetur receptus, nisi quod cum auctoritate nostra recipere, in litteris cavetur.

46. At certum esse arbitror has commissiones nomine Pontificis fieri, & non nomine dignitatis. Quod probatur destruendo fundamenta contraria. Primo, quia in ipsa petitione fit mentio personae Papae, & ab ipsa petitur, ibi: Quare nobis humiliter supplicare fecerunt. Et tantum narrat Pontifex non posse dispensari abique Sede Apostolica auctoritate. Secundo, quia eita peteretur a Sede Apostolica, intentio est clara non constitutendae differentiae inter Sedem Apostolicam & Pontificem, sed perinde est ac petere a Clemente VIII. Pontifice. Tertio, quia contrarium non colligitur ex illis verbis: Auctoritate nostra dispenses. Quia expellitur c. Si cui nulla de prebend. in 6. dicitur si alicui auctoritate Apostolica fiat commissio in favorem certae personae, expirare commissionem morte concedentis, res integra. Et confirmatur, quia Pontifex non sit ait, Auctoritate nostra tibi committimus: quae verba commissionem nomine dignitatis fieri importarent: sed Committimus ut auctoritate nostra dispenses. Quae important potestatem esse delegatam, ac dispensationem concedi nomine Pontificis, ac si ipse dispensaret. Ut bene advertunt Francus c. Cum aliquibus n. 4. de rescript. in 6. & communiter Doctores. Atque subdit Francus id animadvertendum esse ad commissiones, quae quotidie Ordinariis

fieri solent. Deinde, quia initio litterarum sic dicitur: Clemens Episcopus, ubi nomen proprium praeponeitur. Quod esse indicium commissionis nomine personae factae testatur multi (ut diximus disp. praec. n. 18.) Et postea in petitione: Nobis supplicari fecerunt. Et in commissione sic dicitur: Nos igitur humiliter supplicationibus inclinati, discretionis tuae committimus. Quae omnia verba denotant nomine personae commissionem fieri. Quippe pronomina Nos & Vos, simpliciter prolata a persona constituta in dignitate, referuntur in dubio magis ad personam, quam ad dignitatem: & idem est de aliis quibuscumque verbis dicitur, ut docent colligentes ex c. Litteris, de rescript. Ancl. ibi n. 1. notab. l. Barbatus n. 30. 31. Decianus conf. 57. n. 5. l. c. 53. vol. 2. Barbosa, l. Quia tale 14. n. 41. sine ff. soluto matrim. Et idem docet quoties est dubium, Abbas c. Relatum n. 3. de off. deleg. c. Licet undique n. 7. eod. tit. ait in dubio velle Pontificem committere nomine personae, etsi nomen dignitatis exprimat. Unde hodie (inquit) communiter Pontifex praemittit nomen proprium, dicens, Martinus Episcopus. Et Cov. q. praed. c. 11. n. 2. sine, ait nunquam censeri delegationem nomine dignitatis factam, ut non percat morte delegantis res integra, nisi expressum solus dignitatis nomen foret ascriptum. Atque in propriis terminis hanc partem tuerent Hostien. c. Quoniam Abbas n. 9. de offic. deleg. c. ibi Jo. Andr. n. 5. Ant. n. 13. Card. oppo. §. Imola n. 6. ubi ajunt nunquam Pontificem delegare nomine dignitatis sed nomine personae. Et reddunt rationem, quod semper incipiant rescripta a nomine personae Papae.

Demum id observandum est. Dum dicitur mandatum non 47 expirare morte mandantis, quando res non est integra: intelligitur mandato jurisdictionis, id est, per quod committitur jurisdictione. Nam praepcepta superiorum, ad aliquid faciendum vel non faciendum obligantia, si non emanant per modum constitutionis a potenti illam facere, sed sint mandata ab homine, semper expirant mandantis morte, quamvis res non est integra fit. Quia cum ea praepcepta minime sint constitutiones, non sunt ex natura sua perpetua, nec possunt ligare extinda praecipiens jurisdictione per ejus obitum. Sicut excommunicationem ab homine latam fatentur omnes morte auctoritatis cessare. Et ita hoc tenet Sylv. v. Delegatus q. 6. n. 7. c. verb. Mandatum q. 3. explicans etsi res non sit integra. Et alii non hoc explicant, sed indistincte loquentes, ut Menoch. cit. Decio de arbitrar. lib. 1. q. 69. n. 4. Cora. cit. Hugones supr. reg. D. Francisci c. 10. q. 3. punct. 1. p. 3. ubi merito reprobant Petrum Penzalis quodlib. 1. q. 11. dicentem hoc habere verum in praetorium praepceptis factis specialiter uti alteri, secus de factis generaliter omnibus vel alicui communitati. Quippe bene docet ibi Corduba omnia expirare, quoties per modum constitutionis a potenti illam facere edita non sunt, non tantum mortuo praecipiente, sed etiam eo ab officio amoto. Quia quoad hoc perinde habetur ac mortuus (ut probavi n. 32.) Quam utroque casu extinguitur praecipiens jurisdictione, a qua praepcepta vim habent.

SUMMARIUM.

- Gratia potest concessa absolute, quoad beneplacitum concedentis. Et quid sit gratia facta c. facienda, num. 48. Gratia concessa ad beneplacitum personae concedentis extinguitur ejus morte: secus si ad beneplacitum Sedis, 49. An gratia concessa ad beneplacitum personae extingatur ejus morte, etiam in favorabilibus gratis, 50. Quid, si jurisdictione concessa ad beneplacitum personae sit ordinaria, vel ad iudicium quoque certum tempus, ut ad beneplacitum, ad annum, 51. An percat gratia sic concessa morte concedentis, donec voluerit, ad voluntatem metam, donec revocaverit, vel donec aliud ordinaverit, 52. Quid, si concedatur, donec concedens aliquid fecerit ante mortem, 53. An jurisdictione contentiosa concessa donec concedens revocaverit, vel aliud fecerit, expirat morte concedentis res integra, si nec concedens revocavit, nec illud fecerit, c. praec. etiam si res non sit integra, si concedatur ad personae beneplacitum, 54. Jurans non ledere donec pater velit, vel sine ejus voluntate, an possit eo mortuo ledere, 55. An finito officio concedentis expirat concessio ad ejus voluntatem, 56. Quid, concedens excommunicato vel suspensio, 57. Quid, eo facto furioso, 58. An concessa ad beneplacitum dignitatis a vicario, vel legato, vel alio non habentibus dignitatem perpetuam, expirant eorum obitu, 59. Quid, quoties concessio fit ad beneplacitum personae, c. dignitatis perpetuae simul, 60. An sit concessio ad beneplacitum personae, an potius dignitatis, quando explicatur nomen concretum, ut ad beneplacitum Papae. Refertur quaedam sententia, 61. Proponitur sententia auctoris, 62. An sit differentia, sive dicatur ad beneplacitum meum, si vero nostrum, 63. An gratia absolute concessa, sive facta sit, sive facienda, expirat morte concedentis res integra, 64. An expirat gratia facienda, concessa motu proprio, morte concedentis res integra, 65.



An expiret ea gratia facienda ipso iure, 66.  
 Quid, si ea gratia facienda concessa esset sub nomine dignitatis, 67.  
 Quid, si in potestas executoris commissa est, sit accessoria gratia, 68.  
 An gratia facta, nondum acceptata dum concedens obiit, expiret, 69.  
 An si morte Pontificis ignorata procedatur ad executionem gratie facienda, vastant gella, 70.  
 An licentia audiendi confessiones expiret morte, vel amissione Episcopi. Refertur quedam sententia, 71.  
 Explicatur sententia auctoritatis, et an idem sit de eadem licentia concessa ab alio Ordinarius vel parochus, 72.  
 Quid sit licentia audiendi alicujus confessionis specialis, 73.  
 Quid de licentia ab Episcopo aliove preloato eligendi confessionis concessa, an pereat morte eius, vel cessatione officii. Refertur opinio, 74.  
 Explicatur sententia auctoritatis, 75.  
 Quid de licentia celebrandi in privato oratorio, 76.  
 Quid de licentia predicandi, aut faciendi cibus prohibita, 77.  
 Quid de facultate dispensandi. Refertur opinio, 79.  
 Propositur sententia auctoritatis, 80.  
 Quid, si esset facultas ad dispensandum cum persona certa, non tamen in favorem illius, vel si sit in utriusque favorem, 81.  
 Quid de facultate testandi concessa Episcopis vel monachis, 82.  
 Quid de dimissoris ad optines, concessi ab Episcopo, vel capitulo sede vacante, vel a Vicario Episcopi in remotis existentibus, 83.  
 An gratia absolute concessa a legato, vel Vicario, expiret eius morte, 84.  
 An licentia omnes superiorum durent eis mortuis, 85.  
 Post n. 85. invenies cetera summaria, que desiderantur.

**Q**uestio III. An gratie recripta expirent morte concedentis? Supponendum est, dupliciter posse gratiam concedi, primo, absolute: secundo, cum limitatione, ut ad beneplacitum concedentis, evulge dignitatis, aut donec revocari. Insuper quedam est gratia facta: alia vero facienda. Facta dicitur, quando per se conceditur et, in cuius gratiam datur, ac independenter ab alio, cui facienda committitur. Ut cum Pontifex vel Episcopus dispensat omnino cum aliquo: vel quando omnino in favorem dispensatur concedit illi potestatem dispensandi. Facienda vero, est quando non conceditur absolute et in cuius favorem datur, sed dependenter ab alio cui facienda committitur. Ut si in favorem certae personae, cum qua dispensandum est, committatur alicui potestas dispensandi cum illa. Quod intelligendum est cum limitatione concessa, quam n. 87. ponemus.

**D**uplex ergo regula solet tradi in hac re, altera de gratia cum limitatione concessa, altera vero de concessa absolute. Prior ergo est. Quando gratia conceditur ad beneplacitum personae concedentis, extinguitur eius morte: secus si conceditur ad beneplacitum Sedis. Tunc enim est perpetua, donec a successore eodem revocetur. Ratio est, quia voluntas personae morte perit, ac subinde peribit gratia concessa, dum ea voluntas duravit. At dignitas est perpetua, & eadem reparatur in successore, ac proinde idem erit de gratia ad illius beneplacitum concessa. Hac habetur expresse hac reddita ratione, c. Si gratioso, de rescr. in 6.

**Q**uidam priorem partem regulae temperant, ut tunc gratia ad beneplacitum personae concessa expiret eius obitu, quando est gratia ambiciosa, ac proinde restringibilis & odiosa: qualis est gratia retinendi plura beneficia usque ad Pontificis obitum. In qua materia loquitur c. Si gratioso, de rescr. in 6. unde sequitur aliud esse in delegationibus favorabilibus: commissionem enim factam jurisdictionis expressim ad voluntatem delegantis dicunt non extingui morte delegantis re integra. Quia in his clausulam, Ad beneplacitum meum, vel donec voluero, resolvant in clausulam, Donec revocavero, ut sit conformis iuri communi: quo stante jurisdictione delegata non perit morte delegantis, re integra non existit (ut n. 30. diximus) Sic dicit esse aequum gloss. c. Si delegatus, in verb. Morte, de offic. deleg. in 6. Et tenet Baldus d. c. Si gratioso (pro ut eum reitert Francus d. c. Si delegatus, n. 5.) Idem sequitur Anton. Gabriel to. 2. comm. lib. 6. tit. de preb. concl. n. 33. Et eum textum intelligi in odiosis & ambrosios, docent etiam Galsterius. conf. 3. n. unie. de rescript. Dominicus d. c. Si gratioso, n. 13. At verissimum est, intelligi de omnibus: atque adeo potestatem illam delegatam ad concedentis beneplacitum, expirare morte concedentis, quamvis res non sit integra. Constat ex ratione tradita d. c. Si gratioso: ibi Per obitum, per quem ipsius beneplacitum omnino extinguitur. Quae ratio in omnibus concessionibus factis ad beneplacitum personae aequaliter procedit. Et ideo hanc partem fulsunt Glossa d. c. Si gratioso, verb. Morte, in fine. Et ibi Francus n. 10. Et d. c. Si delegatus, n. 5. Et ibi Dominicus n. 10. vers. In fine Glossa, Covar. dicens oppositam sententiam esse falsam, lib. 3. var. 15. n. 4. vers. 2.

**S**ecundo temperatur eadem prior pars: nisi jurisdictione concessa ad beneplacitum personae sit ordinaria. Tunc enim eam morte concedentis non perire diximus n. 5. Nec similiter peribit quavis gratia facta ad beneplacitum concedentis, si

adiciatur quoque tempus durationis determinatum. Ut si concedatur ad annum & ad beneplacitum personae, non enim exprimit morte concedentis, donec is antus lapsus sit. Quia est sensus, concedo ad annum, & ulterius secundum meam voluntatem. Itaque voluit concedens; ut eo anno duraret gratia, & deinceps dum duraret voluntas. Ita Magalotus, quem refert, & sequitur Anton. Gabriel to. 3. commun. lib. 6. tit. de prebendis, concl. n. 31. Enriquez lib. 7. de indulg. c. 21. n. 5. qui bene posuit exemplum huius, ut si Episcopus dicat, Approbo te ad beneplacitum, ad annum.

**T**ertio quidam intelligunt non expirare gratiam morte concedentis, si concedens dicat, Donec voluero, vel donec revocavero: quasi sentiant idem importari per utrumque loquendi modum. Ita Enm. Sa sum. verb. Gratia, n. 7. Alii contra sentent finiri, licet concedens dicat, Donec revocavero, vel aliter ordinavero. Ita Armilla verb. Voluntatis, n. 1. Et ibi Tabiena q. 1. n. 2. At neutra opinio placet. Quippe manifesta est differentia inter utrumque modum, Nam, Donec voluero, vel quamdiu volam, vel ad beneplacitum meum, vel meam voluntatem, important durationem ac perseverantiam eiusdem voluntatis, quae mortuo concedente, durare nequit: ac proinde gratia sic concessa extinguitur tunc. At, Donec revocavero, vel, Donec aliter ordinavero, important actum positivum novae voluntatis aliter dispositus, vel gratiam revocantis: qui actus si in vita habitus non sit, cum post mortem haberi nequeat, durabit gratia in perpetuum donec ab alio successore revocetur, aut ab eius superiore. Et ita tradunt Jo. Andr. c. Si gratioso, n. 2. Et 3. de rescript. in 6. Et ibi Ancho. n. 6. Domin. n. 8. Franc. n. 10. idem Ancho. c. Licet undique, n. 1. vers. Tertio collige, de officio deleg. Idem Domin. c. Si delegatus, n. 10. de offic. deleg. in 6. Et ibi Francus n. 4. Et 5. per eum texum fere expresse hoc decidentem, Bartolus l. Centesimus 49. §. Si ita stipulatus, n. 9. Et 10. ff. de verb. obi. Et ibi Alex. n. 11. Imol. n. 6. Jaf. n. 12. Et 14. Angelus l. Et quia n. 5. ff. de iurisd. omni. jud. Idem Bart. l. More, n. 17. ff. eod. tit. ubi Jaf. n. 15. Curtius jun. 92. Zafius n. 40. Barth. Socinus n. 69. Decius n. 62. Et l. 3. in fine, ff. de regul. iuris, conf. 108. n. 4. vol. 1. Et c. Ex litteris in fine, de conslit. ubi Felinus n. 10. vers. Est minus dubium, Et n. 9. vers. Secundus casus est. Ruin. con. 115. n. 7. l. 1. Angelus verb. Voluntatis, n. 1. Tabiena verb. gratia, in fine, Et ibi Armilla in fin. Nav. lib. 5. conf. 1. de privilegiis, in 1. edit. conf. 2. n. un. in 2. conf. 3. n. un. Cov. 3. var. c. 15. n. 3. Menochius alios allegans de arbit. lib. 1. q. 69. n. 2. Et n. 12. Et l. q. Ant. Gab. to. 3. commun. lib. 2. tit. de procur. concl. 2. in fine, Et lib. 6. tit. de preb. concl. 1. n. 24.

**A**tque idem dicendum est, si gratia concedatur donec concedens aliquis fecerit, ut ingressus fuerit Romam: si enim dum superes fuit id non fecit, non extinguitur gratia morte, sed manet perpetua. Quippe post obitum nequit iam illud efficere. Ita Jo. Andr. c. Si gratioso, n. 3. de rescript. in 6. Et ibi Domin. n. 9. Francus n. 10.

**M**axime tamen advertendum est, jurisdictionem contentiosam delegatam donec concedens revocaverit aliunde fecerit, expirare morte concedentis re integra: secus si non erat integra. Itaque perinde dicendum est de illa, ac si absolute absque illo addito concessa fuisset. Quia id additum non immutat huius jurisdictionis naturam. Et constat ex c. Si delegatus, de offic. deleg. in 6. ubi textus ponderat rem non fuisse integram, ne potestas hęc concessa donec revocetur, percat sic concedentis morte. Et ita docent Domin. ibi n. 10. Franc. n. 4. Jaf. l. More, n. 15. ff. de iurisd. omni. jud. Et ibi Curtius jun. num. 92. Covolus Molinæ addit. ad Dec. l. 3. ff. ff. de reg. iuris, Cov. 3. var. c. 15. n. 4. vers. Primum. Quamvis Decius d. l. More n. 72. immerito de hoc dubitavit. Sed officies, id additum esse frustraneum. Respondere velut liberos possit ea jurisdictione revocari. At vero quod durationem nulla erit differentia, sed five eo addito adjecto, five non, peribit re integra morte delegantis: secus re integra. Maxime tamen esse discernim inter id additum, & si adderetur, Donec concedens voluero, vel ad eius beneplacitum. Quia in priori casu non extinguitur delegatio per cessationem voluntatis delegantis, quae morte eius contingit: sed solum id attendetur, sit res integra, necne, perinde ac si nil adjectum foret. An in posteriori cessabit delegatio morte delegantis, quamvis res non sit integra (ut n. 50. diximus.) Quod ea commissio fuerit ad tempus, nempe, dum perleveraverit delegantis voluntas, quae eius morte cessat.

**E**x his deducitur, juramentum non suffurum donec pater velit, vel abique patris voluntate, posse patre mortuo lude. Quod jam patris voluntas cessat. Sic citatis Ubertino Et Alberico docet Greg. Lop. l. 45. vers. Non le fisco, t. 5. p. 5.

**S**icut autem concessio gratiae facta ad concedentis beneplacitum, expirat eius morte, ita finito eius officio, ratione cuius potuit concedere. Quia dicta verba intelligi debent, donec concedens permanens in officio velit. Secundo, quia causa reservanda sibi voluntatis erat officium. Ergo finito officio finitur voluntatis argumentum ad Non solum, §. ff. de novi oper. nuntiati, ubi nunciatio finitur cessante dominio rei, quod eius causa erat, etsi persona superstes sit. Et Lucius, l. 1. cum l. sequenti, ff. de fidei commissis, ubi arbitrium concessum alicui in heredi, cessat, quando desinit esse haeres. Et confirmatur, quia cum revocare sit actus jurisdictionis, l. Judicium solvitur, ff. de iudicis, & docet Glossa ab omnibus recepta, c. Si delegatus, revocandas, de offic. deleg. in 6. & finito officio caret concedens jurisdictione, frustra, voluntas ad id tempus protraheretur. Et ideo ita docent

docent Bart. l. Centesimus 56. §. Si ita stipulatus, n. 11. ff. de v. oblig. Et ibi Alex. n. 12. Jaf. n. 5. Francus citatis Federico, Et Bald. de Si gratioso, n. 11. de rescr. in 6. Curtius junior. l. More, n. 88. ff. de iurisd. omni. judic. Quare non est credendum Dominico d. c. Si gratioso, n. 13. afferenti oppositum posse dici: vel posse distinguere cum Calderino conf. 3. n. un. de rescr. ut in odiosis procedat hoc: secus in gratis favorabilibus. At hoc supra reprobavimus.

**N**on tamen expirat concessa ad concedentis voluntatem, illo extinguitur. Quod etsi pro tunc nequeat officio fungi, eius tamen voluntas durat. Sicut etiam quamvis iurisdictione delegata perat delegantis morte, non tamen eius extinguitur. Ita Bart. l. Centesimus 46. §. Si ita stipulatus, n. 12. ff. de v. obi. Et ibi Alex. n. ult. Jaf. n. 16. Francus c. Si gratioso, n. 12. de rescr. in 6. ubi bene addit nec cessare per concedentis suspensionem, quia est eadem ratio.

**A**n vero cesset haec voluntas per concedentis furorem, ac subinde cessent concessa ad eius voluntatem, non constat inter DD. Nam caesare affirmat Bart. n. praeced. alleg. At melius id negat Cov. 3. var. c. 15. n. 4. vers. 3. Idem probat ex c. Majoris, §. ff. de baptis. Et l. Si quis animo, ff. de acquir. possess. ubi inter mortem, & furorē ea statuitur differentia, ut morte cesset voluntas, non autem furor.

**A**ltera pars prioris regulae n. 49. tradit, nempe, ut concessa ad dignitatis beneplacitum non expirat morte concedentis, intelligitur quando dignitas est persona ac successore habens. Quare si Legatus Pontificis, vel Vicarius Episcopi concedat aliquid ad suae dignitatis beneplacitum, extinguitur eis defunctis, officio cessatione, quod cesset in his ratio tradita c. Si gratioso, de rescr. in 6. nempe, dignitatem non perire. Horum enim dignitatem perire probavi disp. praec. n. 8. l. 10. & 11. Et ita docent Francus c. Si gratioso, n. 13. Felix. Ex litteris, n. 10. vers. Et secundum praedicta de consil. reprehendens quosdam viros graves, qui Ferrariae dum ipse litteris vacaret, agitata haec q. oppositum sentire de quadam concessione sic facta per legatum.

**S**ed restat dicendum, quid quando concessio fieret ad beneplacitum personae, & dignitatis, quae perpetua est de qua re textus c. Si gratioso, de rescr. in 6. nil decidit. At DD. varie loquuntur. Quisdam censent praeparandam dignitatem: & sic eam concessionem minime extingui concedentis morte. Sicut in simili quaest. alios id sentire retuli disp. praec. n. 17. Sic Jo. Andr. d. c. Si gratioso, n. 6. f. 6. Aliis vero placet nomen quod praecedat praeparandae: & ita non perire, si praecedat nomen dignitatis, ut ad beneplacitum Sedis & nostrum: secus praecedentis nomine personae, ut ad beneplacitum nostrum & Sedis. Sicut in simili quaestione quosdam distinguere retuli eadem disp. praec. n. 18. Sic tenet Imol. d. c. Si gratioso (ut cum referunt Dominicus ibi num. 16. Et Francus in fine.) Alii hic distinguunt. Aut exprimitur utrumque nomen alternative, ut ad beneplacitum nostrum vel Sedis: & tunc expirat concessio morte concedentis. Quod in alternativis sufficit alteram partem impleri: reg. in alternativis, de regul. iuris in 6. Aut copulative, ut ad beneplacitum nostrum & Sedis, & tunc aut expressio fit in materia, quae consuevit in successore transire, ut in officis, quae non expirant Pontificis morte: & tunc non expirat. Aut in materia, quae non consuevit transire, vel est indifferens: & tunc si gratia sit proprio motu concessa, non expirat propter amplissimum eius interpretationem faciendam. Si autem non sit proprio motu concessa, attendendum est utrum ex eis nominibus praecedat, sicut distinxit secunda opinio nuper recitata. Sic Dominicus eod. c. Si gratioso, num. 16. vers. Possit in hac materia. At Francus ibi, f. 6. relatis his sententiis nil desinit, sed remittit ad notata c. Quoniam Abbas, de offic. delegati. At existimo omnes has esse opiniones probabiles: ultima autem Dominici praeter ceteris placet.

**S**ed rogabis, an dicitur concessio facta ad beneplacitum personae, quando fit mentio solum nominis dignitatis, non in abstracto, ut ad beneplacitum Sedis vel Pontificatus, sed in concreto, ut ad Romani Pontificis beneplacitum, Papae vel Episcopi? Quibusdam placet, in dubio ubi alia conjectura non urgent, referri ea verba ad personae voluntatem, & ita concessione perire concedentis morte. Dacuntur ex c. Si gratioso de rescr. in 6. ubi expresse deciditur concessionem, a Romano Pontifice factam ad suae voluntatis beneplacitum perire eius morte. Praeterea quia cum voluntas magis proprie conveniat personae dignitate praeditae, quam ipsimet dignitati incorporae: rationi consonat, ut actus directus in Pontificis voluntatem, potius ad personae, quam Sedis ipsius voluntatem referatur. Pro hac sentent. est gl. Litteris, v. Cum scilicet de rescr. ubi ait esse mandatum personae, ubi dicitur, ad mandatum Papae, & d. c. Si gratioso v. Suae, ubi quod dicit textus, Usque ad suae voluntatis beneplacitum, explicat, suae, id est, Romani Pontificis. Pro eadem est Decius, c. Sedes, statim in princ. de rescr. ait enim quod ibi dicitur de Sede Apostolica, idem esse in summo Pontifice, quamvis alias differentia constituat: ut d. c. Si gratioso, n. 4. Et ibi Francus n. 7. Marianus Socinus jun. consil. 89. nu. 7. vol. 1. Cov. 3. var. c. 15. num. 2.

**C**eterum licet hoc sit satis probabile, plus mihi placet ea nomina referri ad dignitatem. Cum sint propria officii, & digni-

tatis nomina. Deinde quia commissio passive facta sub nomine concreto officii, ut Episcopo Cordubensi, censetur facta dignitati, juxta omnes. Cur ergo commissio active facta ad beneplacitum Episcopi, non potius ad dignitatem pertineat? siquidem videretur eadem ratio. Nec proderit dicere beneplacitum potius attribui personae, quam dignitati. Quia similiter dicam executionem commissionis non ad dignitatem in abstracto, sed ad personam illa affectam pertinere. Et ideo pro hac sentent. sunt Jo. Andr. c. Litteris, in fi. de rescr. Et ibi Anton. ad finem, Abb. f. 6. Imola sine, Bellamera sine, ubi dicit clausulam, Ad mandatum Papae, referri ad dignitatem. Pro eadem est Fel. c. Ex litteris, n. 9. vers. Sed pro uti, de conslit. ubi ait concessionem esse perpetuam, quando sub nomine officii vel dignitatis concedentis fit. Et tenet expresse Jo. Andr. d. c. Si gratioso, in n. 5. de rescr. in 6. Et ibi Domin. citato Lapo n. 11. Et c. Ne aliqui, n. 1. notabili 1. de haer. in 6. Berolus c. Quoniam Abb. nu. 90. de offic. deleg.

**N**ullatenus tamen est admittendum, quod dicit Enm. Sa sum. 63. v. Gratia, n. 7. ubi dicrimen constituit inter verba Pontificis dicentis, ad beneplacitum meum, vel ad beneplacitum nostrum concedimus: ut sit certum gratiam expirare morte Papae, quando dixit, Ad beneplacitum meum: cum tamen fit anceps, quando dixit, Ad beneplacitum nostrum: quibusdam expirare afferentibus, aliis autem negantibus: & remittit se ad v. Delegatus, ubi n. 3. ait tunc non expirare. Sed ejus distinctionis fundamentum me latet, quia loco pronomini, Ego & meum, persona in dignitate constituta solent dicere, Nos, nostrum. Praeterea quia haec pronomia meum, tuum, suum, nostrum, concernunt in dubio personam. Ut allegatis Lapo, Lignano, Et Mattheo, tradunt Dominicus c. Si gratioso, n. 11. ff. de rescr. in 6. Et ibi Francus, n. 7. ubi etiam dicit cum Ancho. ibi, n. 4. Ad beneplacitum nostrum referri ad personam, ac Pontificis dicente, Reservamus nobis, esse reservationem personalem. Ex quo bene inferit Ancho. cum Archid. ibi n. 2. si Pontifex suae collationi aliqua beneficia releret, esse reservationem personalem: ejusque obitu extingui: secus si referret Sedi Apostolicae. Et Jo. Andr. c. Litteris, in fi. de rescr. Et ibi Anton. ad finem, Abb. sine, Imola sine, Bellamera sine, ajunt dicente Pontifice, Ad mandatum nostrum, esse personalem. Et gl. d. c. Si gratioso, v. Suae, ait per clausulam, Nisi per nos, non intelligi dignitatem, sed personam. Et probat ex c. Litteris, de rescr. ibi: Nisi pro alio jussu per nos. Ubi Jo. Andr. n. 3. ait ea verba intelligi de scribentis persona, non de dignitate. Et alios retuli n. 46. idem dicentes. Et Tabiena v. Gratia, in fi. Et ibi Armilla in fine, dicunt concessionem factam his verbis. Quo usque nobis placuerit, expirare concedentis obitu, tanquam vere personalem. Et Suarez de poenit. disp. 27. sect. 4. n. 9. expresse dicit concessa his verbis, Ad beneplacitum nostrum expirare concedentis morte.

**P**osterior regula est. Quando gratia conceditur absolute absque qua ulla temporis limitatione, si est gratia facta, non expirat morte concedentis etiam re integra. Si vero fit gratia facienda, perit morte concedentis re integra: secus si res non esset integra (Quando sit gratia facta, & quando facienda, explicui, n. 48.) Hac regula colligitur expresse ex c. Si nulla de preb. in 6. ubi deciditur facultatem alicui concessam conferendi beneficia, minime expirare obitu concedentis etiam re integra. Secus si deur potestas conferendi personis expressis, non in gratiam & favorem collatur, sed in gratiam eorum, quibus beneficia conferenda sunt. Ea enim facultas expirabit morte concedentis re integra. Ubi in Glossa notabili 1. reddit rationem ex textu deductam, quod in priori casu erat gratia facta, erat enim omnino perfecta, & nullius executione indigens respectu illius, in cuius favorem concessa est, nempe, respectu collaturae beneficia: at in posteriori non erat gratia facta, sed facienda. Mandabatur enim fieri in cuius favorem conceditur: & ideo habet vim commissionis & mandati, quod perit morte mandantis re integra. Atque ideo ex eo textu colligitur hanc regulam Glossa ibi notabili 1. Et verb. Moriatur, Et ibi Archid. ad h. verb. vers. ius facienda, Ancho. Si super gratia n. 1. de off. deleg. in 6. Baldus l. f. in 1. lectura n. 3. vers. Sed pone Princeps, ff. de conslit. Prin. Decius c. Relatum, in nova edit. n. 21. de off. deleg. Et rubrica de conslit. in 1. lectura, nu. 41. Et ibi Ripa, num. 50. Riminaldus n. 129. sine, Et 130. Berolus c. Quoniam Abb. num. 12. de off. deleg. Hieronymus Paulus practica cancel. tit. declaratoria super propositione seu vocante mandatis Apostolicis, §. 1. v. Sui Pontificatus, vers. Licet quidam Doctores, Rosella v. Gratia, in initio, ubi Sylv. q. 2. Navsumma Latina nova, c. 27. num. 253. vers. 9. Et l. 1. conf. in 2. edit. tit. de off. deleg. conf. 2. num. 1. Et in 1. editione lib. 5. tit. de privileg. conf. 1. num. 1. Guttier. quest. Canon. lib. 1. c. 15. nu. 24. Gaeta c. Ad lumen 30. q. 1. §. 5. q. 106. num. 312. Sayro thesouro casum, tom. 1. lib. 7. cap. 14. num. 6. Quare minus bene Felin. c. Licet undique, num. 1. vers. Primo casu, de off. deleg. ait concessionem gratiae, & privilegii simpliciter factam non expirare, si ante Pontificis obitum sit ceptum ut privilegii: quia si contrarium sentiat, si nondum ceptum sit, sed res sit integra.

**I**ntelligenda est autem regula, quamvis proprio motu 65 mandet Pontifex providere certae personae, in favorem ejus: expirat enim tanquam gratia facienda, & moriatur Pontifex re integra. Quia textus c. Si cui nulla, de prebend. in 6. loquitur